



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XLVI. De Acquirenda vel amittenda hereditate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

fisc explicat, quando fiscus succedit tanquam ab intestato, vel tanquam ex confiscatione, propter delictum. Et proinde ultra nihil addam, sed remittam egentem hac tractatione ad eundem, ad ca. Raynuius, ad ver. Et uxorem nomine Adelaquam, in successione ab intestato, a num. 270. vsque ad num. 298. de testam. & de vacantibus, sequentibus numeris. Nos quoque de hereditatibus, quæ in fiscum deferuntur, aliqua annotauimus lib. 3. Syntag. ca. 12. Exstat & decisio Rotæ 865. in antiquis, incipiens, *mortuo Titio*, titulus de testament. qua bona clerici decedentis sine legitimis hereditibus, fisco ecclesie adiudicantur, non secularis principis.

¶ Tritum tamen est in Gallia, regem vel fiscum eius succedere allophyliis iure albanagii, id est, iure alibi natorum, si regnicolis diplomate principis non fuerint infelici, & vt dicimus, si non

fuerint affiliati. Cui iuri suffragatur ius commune, *l. non lic. habi. Metrac. §. c. lib. 11. C. tit. 55. Notat. hoc Guilhelm. Bened. in c. Raynuius, in ver. Et uxorem nomine Adelaquam, decis. 5. numer. 48. Et seq. de testam. Pap. in rba pso. arefso. lib. 5. tit. 2.* Ita succedit quoque peregrinis decedentibus in regno, non naturali fatis, antiquata Authen. omnes peregrini, commun. de successione, exceptis scholasticis.

¶ Tenet tamen & fiscus locum heredis, quando bona heredi, tanquam ab indigno adempta, illi deferuntur, *vt in l. cum quidam. Et in l. Claudius, in fin. de iis quib. vt indign. Et l. 1. Et hereditas, vbi. Et videnda gloss. C. cod. tit.* Sed hæc & familia, magis ad ius confiscationis, & ad pœnas delictorum, quàm ad iura successionis pertinere videntur. Ideo successioni ab intestato finem hic impono.

DE ACQVIRENDA, VEL AMITTENDA HEREDITATE. LIBER. XLVI.

De ratione huius libelli. Cap. 1.

- 1 Continuatio libri 46. ad precedentes. Et nu. 5.
- 2 Heres necessarius quis.
- 3 Heres suus, Et necessarius quis.
- 4 Aditio hereditatis quibus heredibus non erat necessaria, Et precedens.
- 5 Mortuus fuisse vinum ex consuetudine, quid significet.
- 6 L. cum heredes, de acq. poss. sub lata sit ex Galliarum vsu.
- 7 Aditio hereditatis an sine actu corporali fiat.

OSTENDAM iam superioribus libris explicauimus ea, quæ pertinent ad causam testamenti, & intestati defuncti: ordo videtur postulare, vt effectum vtriusque causæ doceamus, & communia pertractemus. Scopus vtriusque est, habere & constituere heredem, qui talis, nisi habeat, vel habuerit, vel velit habere hereditatem, vel ius hereditatis, non potest esse nec dici. ¶ Antiquitus tamen quidem erant heredes aliqui necessarii, qui velent nolentve, hereditatem habebant defuncti, Cuiusmodi: seruus heres institutus, qui omnino post mortem testatoris liber necessarius fit heres, §. necessarius, de her. qual. Et differ. l. lege Cornelia, 12. de testam. P. si is testatoris seruus, non si alienus, §. seruus, de her. instit. l. si alienum eo. tit. P. & per institutus sit, reiecta conditione, si velit, quæ faceret illum voluntarium, lex parte, de acq. hered. P. l. si sub conditione, §. fin. de her. al. quin enim nisi in seruo conditio perpetua adiecta, l. Corn. de her. instit. P. l. verb. de cond. inst. Et hic seruus non egubat aditione, sed cogebatur ob præmium acceptæ libertatis heres esse, l. de neces. her. inst. C. l. 1. qui manu. non poss. & talis erat a die mortis testatoris. ¶ Erant tamen & sui & necessarii heredes, liberi qui in potestate morientis fuerant eius mortis tempore, qui omnino, siue velent siue nolent, tam ab intestato quam ex testamento heredes erant, §. sui & necessarii, de her. qual. Et differ. l. si qui putat, 15. Et l. necessarii, §. 7. de acq. hered. lib. 29. P. tit. 2. l. constit. iuribus, §. 1. de cond. Et demonst. P. l. filio, §. 7. §. 1. de instit. et rupt. P. d. l. lege Cornelia, 12. de testam. & in eos dominium & hereditas continuabatur ex lege 12. tab. sine aditione, l. in suis, 11. de lib. Et posth. l. in suis, 14. de suis & legit. P. donec prætor ipsis permisit volentibus se abstinere ab hereditate, vt potius parentum, quam ipsorum bona a creditoribus possiderentur, d. §. sui autem, de her. qual. Et differ. Et d. l. necessarii, §. 7. de acq. hered. l. nam nec, §. 1. de leg. 1. Et hoc beneficium viget adeo, in edicti perpetui transfuit potestatem, vt ea de causa non fuerit postea necessarium adiri prætorem viuentem, vel iudicem, vt abstinendi ab hereditate peteretur licentia, l. ei qui se non immiscuit, 12. Et l. si quis filium, §. 1. de acq. her. P. l. si min. se ab her. abst. lib. 2. C. tit. 39. ¶ Fierunt & alii necessarii heredes, in quibus nec creatio, nec aditio hereditatis erat necessaria: idque quo tempore decemuiralibus legibus Romani utebantur, & quando testamentum fiebat per æs & libram, & heres familiaris emebat, §. 1. de test. Gall. lib. 15. ca. 12. C. l. 1. d. Orat. tunc enim cum fiebat familiaris emancipatio, heres fieri & adire videbatur, in contractu emtionis fidem suam accommodando adhibitis testibus: vel ex contractu conueniri possit emtionis, §. 1. de em. l. 1. eo. P.

¶ Verum tamen tamen cum sequentibus temporibus placuerit, liberam relinqui hereditatis agnitionem, visum est æquum nemi-

nem cogi debere adire, l. nec emere, de iure delibe. C. Et proinde & de iure deliberandi tractandum fuit & spatium ante aditionem cernendi & consultandi datum, vt videret heres, vt tum sibi expediret hereditatem agnoscere. Proinde nos de hac iure ante acquisitionem vel repudiationem dicemus, & subiiciemus deinceps Deo fauente, quæ ad vtramque partem pertinent, quid & quod duplex, de his quæ petuntur seu de petitione hereditatis, a quibus acquiratur vel per quos fiat aditio, de forma acquisitionis hereditatis per collationem, de personis quibus non queritur hereditas, & ibi de ademptione, repudiatione, de iure accrescendi, & de fine & rationibus acquisitionis, vel repudiationis. ¶ Et tamen quæquam in iure Gallico, & alibi de aditione corporali non valde contentatur, propter consuetudinem generalem, qua, mortuus fuisse vinum, de qua consuet. proprium opus, le mort fuisse le vis. editus Tirag. hanc consuet. habere locum Papie, Mediolani, tradit & examinac. Barbat. consil. 58. incip. sapienter dicit Psalmista, in 14. col. cum 3. seq. in 2. vol. Simile statutum dicit Ioannes Imolens. consil. 16. in ciuitate Imolensi, Et Franc. Aret. consil. 16. in Senensi ciuitate, tamen propter repudiationem, collationem, & ius deliberandi, vel ob inuentarii necessitatem, & alia quædam, quæ ex sequentibus apparebunt, valde vtilis & necessaria est aditionis & repudiationis speculatio.

¶ Neque tamen verum arbitrator, quod tradunt ex consuetudine sublatam esse, l. cum heredes, de acq. poss. P. Nam concesso, quod heredes in Gallia se dicant saluos seu possessores hereditatis, sine alio corporali ministerio: nihilominus egemus illorum declaratione, vt sciamus num velint esse heredes, vel nolint aut velint repudiare, si enim cum heredes instituti sunt, iura trahunt ad illos a morte testatoris, egent de declaratione repudiationis, nisi velint implicari oneribus hereditariis. ¶ Addit tamen Baldus, quod existante hac consuetudine, per quam fiat translatio sine actu aliquo possessionis, ideo non censetur sublatum remedium possessionis ad adipiscendam executionem. Et quamuis possessio ipso iure continetur in heredem perinde, ac si fuisset apprehensa: tamen quia ipsa possessio est iuris, pro adipiscenda actuali possessione, potest in teutare quis remedium, l. si de edict. D. Adriat. tol. quod est remedium adipiscendi rem, & interdictum quorum bonorum. De quibus vide fise disputantem & citantem interpretes Bart. Chastanæum, ad §. 1. de successione, nu. 1. 2. 3. 4. vbi & de consuetudine, le mort fuisse le vis, & c. in consuet. Burg. Vbi & restringitur regula illa in quatuor casibus, inter quos & excipitur causa heredum succedentium ex testamento. Sed & si is qui dicitur saluus morte alienius ex consuetudine, vendat ius suum alteri antequam adipiscatur reale possessionem, talis emtor non poterit se dicere vestitum vel salutum, Bal. ad rub. de caus. poss. Et propr. Chast. ad §. 14. ad ver. la femme Mariee, nu. 15. des droits appartenans a gens mariez, in consuet. Burg.

De iure deliberandi. Cap. 2.

- 1 Deliberandi iuris causa impulsiva.
- 2 Heres qui cepit administrare, non habet ius deliberandi.
- 3 Deliberare unde dicatur.
- 4 Creatio hereditatis quid, Et forma: duplex, vulgaris Et continua, Et qua, nu. 5.
- 5 Creatio num distingueretur ab aditione.

- 7 *Ius deliberandi subrogatum in locum cretionum, & plenius illis.*
- 8 *Deliberandi tempus a quo petium, & nunc a quo dicitur. & numero.*
- 10 *Transmissio iuris deliberandi quando fieret.*
- 11 *Deliberandi forma de aduenda hereditate, & quid pcedente tempore fiat.*
- 12 *Deliberandi ius cui concedatur.*
- 13 *Adeundi delatam hereditatem ius quando in heredes transmittatur.*
- 14 *Transmissio iuris deliberandi in Gallia quando consideratur.*
- 15 *Transmissio in iure speciei qua, naturalis & sanguinis qua, conuentionalis qua, & legalis. m. 16. 17. & 18.*
- 19 *Suitatis transmissio qua.*
- 20 *Transmissio hereditatis ratione sanguinis. Differentia eius sum transmissioe suitatis, & conuentionia. & num. 21.*
- 22 *Transmissio ex locum antiquioribus, de iure delib. C.*
- 23 *Deliberandi extra tempus quando quis possit adire.*
- 24 *Deliberandi ius a iure adeundi differt.*
- 25 *Successori edicti tempus, quomodo differat ab aditione.*
- 26 *Hereditas delata que dicitur.*
- 27 *Tempore deliberationis creditores hereditarij non possunt expelli.*
- 28 *Rationes iuris deliberandi. & seq.*
- 29 *Debita maxime apparent mortuis debitoribus, & quare non ante sepr.*
- 30 *Ditiores quam sint, se arbitrantur homines.*
- 31 *Dominia rerum in incerto esse non debent.*

Hereditates ¶ quamuis videantur esse lucrosæ, nihilominus hæpe danuum habent, §. *neg. tamen, de auct. iur. apud Just.* vel ratione æris alieni latentis, quod post mortem solet detegi: vel ratione legatorum & fideicommissorum, quæ aliquando totam exhaustiunt hereditatem: vel ratione litium, quibus non vexari nostra permaxime interest. *l. minoribus, de minor. 25. an. P.* Interdum hereditas ex testamento defuncti, ex pacto maiorum, vel ab intestato defertur, & eligenda est causa ex qua quis velit dici heres, propter diuersos exitus diuersorum modorum, *ut in l. i. qui putat, 15. cum duabus seq. de acqu. her. P. cum siml.* Ex his dubium, imminensque periculum, in præcipiti facti reprehensio, & bene præcipiunt, qui verat quicquam agere, quod dubites noceat, an profic. Et in rebus magnis memoriaque dignis, consilia primum, deinde acta, postea euentus spectantur, *Cic. 2. de Orat. ¶ Principium* ¶ namque hoc esse debet heredis prudentis deliberare. Nam si pr. us se immisceat negotiis hereditatis, & postea deliberandi tempus postulet, sero sapit, nec permittitur, nec habet relinquenda hereditatis facultatem, §. *extraneis autem, de her. qual. & diff. l. i. ius, & l. i. sicut, C. de rep. her. Et ita indicat iur. reser. Pap. in senatu Paris. 7. Mar. 1529. lib. 2. 1. v. haps. areff. lib. 19. are. 1. Chass. ad §. 12. ad. ver. par. benefice d' inuentaie, m. 3. de successione, in consuetu. Burg. nisi minor sit 25. annis, qui iuuetur restitutione tãquam deceptus, l. *prator. §. sed. & si hereditatem, de minor. 25. an. l. 1. C. si min. se ab her. ab. 3. str.* ¶ Deliberare, ¶ a libella qua quid perpenditur, dictum est, *vt ait Sextus Pompeius Festus, libro quarto, de verb. sign. Quemadmodum enim per libellam seu libram, res ad iustum & ceteru pondus reducuntur: sic consultatione & perquisitione diligent, res quæ dubia est, ad certitudinem quandam deducitur, num expediat heredi scripto vel ab intestato vocato adire hereditatem, vel* ¶ repudiare. ¶ Deliberatio ¶ fiebat olim, & per cretionem, & sine cretione. Vlpianus in titulo, fragmento 12. *Cretio est, inquit, certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, necne. Adit postea, quomodo hæc fiebat in testamentis cretionis conditio, hoc modo, Titius heres esto, cernitoq, in diebus centum proximis quibus scieris potest, si quis ita creueris, exheres esto. Quare, inquit, cernere est verba cretionis dicere, ad hunc modum, cum me Menius heredem institueris, eam hereditatem adeo, cernoque. Ita duplex erat formula instituedi, & duplex inde deliberandi & adeundi modus, & effectus.* ¶ Et ¶ cretio aut vulgaris, aut continua: vulgaris, in qua adiciuntur hæc verba, quibus scieris poterisq, Continua, in qua non adiciuntur. Si re cretione heres institutus, si constituit nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire nō potest. Cum cretione vero heres institutus, sicut cernendo fit heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit. Ideoque etiam si constituerit nolle se esse heredem, tamen*

si superfiat dies cretionis penitentia actus, cernendo heres fieri potest. Et qui vulgarem habet cretorem, dies illi dati computantur, quibus scit se heredem institutum esse, & potuit cernere: et vero qui continuum habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se heredem institutum: aut sciuit quidem, sed non potuit cernere, hæc in fragmentis Vlpiani. ¶ Sextus ¶ vero Pompeius, libro tertio, de verborum significationibus. *Cretio, inquit, modo significat, hereditatem adit: modo maior ætate vel ceteris sum, modo iudicant, modo diuisi: que omnia a duobus verbis, cerno & cerno, veniunt: cuius vnus origo ex Greco trahitur, quod illi xpariv dicunt persicere. Et sic cōferitur cum Vlpiano Sextus Pompeius, dum ait, Cretio, hereditatem adit. Et Vlpianus dixit, Si ut cernendo fit heres, vt cretio esset aditio. Quamuis quidam Pompeii interpretes dicat non id significari, putans quod cretionem aditio hereditatis sequebatur, quod aliter se habet. Docet & prædicta formula cretionis, Cum me Menius heredem institueris, eam hereditatem adeo cernoque. Ibi enim aditio præcedit, adeo: cretio sequitur cernoque. Per cretionem enim apparebat heres. Varro & iustum in testamento, cernito, explicat, id est, facito vt videant te esse heredem. Verba eius in r. de lingua Latina, *Dicitur cerno a cerno, id est, a creando, ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capillorum discriminet, quod finis videtur discrimen: & quid id in testamento, i. facito videant te esse heredem. Itaq, in cretione adhibere iubet testes. Et ita Cicero mihi videtur vlturpare cretionem, pro ipsa aditione perfecta, & cernere pro adire, pro eo quod Græci dicunt ἐπιδικάζω εἰς τὸ κληρονομαζῆναι, vel εἰς τὸ κέραι, immiscere se hereditati, & bonis, vel ingredi & adire bona. In qua sententia & est Budæus, in commentariis linguæ Græcæ, pagina 98. & Bud. in annot. prior. ad Pandectas, ad l. 2. de orig. iur. Cicero ita pro aditione ponit cretionem, vt ad Herennium, *¶ de rosi dicitur qui multas hereditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis. Et contra Rullum, Hereditatem cretumus. Et alibi ad Atticum 6. Quare adtinges Aufidium nostrum, hominem amantem me, nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse. Item ad Atticum, 11. Gaius hereditatem creui. Dies porro cretionum, dicebantur tempus in quo debebat ex lege præscripta, declarare voluptatem acceptationis hereditatis heres. ¶ Cretionum ¶ ius postea abolitum fuit, l. *cretionum, de iure delib. C. necessarioq, aliud tempus deliberandi oportuit constitui, quia cretiones non nisi in hereditatibus testamentariis, neq, etiam in omnibus, sed tantum in quibus testator cernere heredem iussisset, locum habebant, & ideo in suspensio erat hereditas testamento sine cretione & intestati, de quibus etiam deliberandum est. ¶ Petebatur ¶ olim tempus deliberandi a prætor, secundum negotiorum necessitatē, vel longius, vel breuius, l. 1. §. pen. & §. eo. P. non minus quam 100. dierum, l. 2. eod. P. l. si curatoris. 9. eod. ¶ Et in edicto aiebat prætor, *Si tempus ad deliberandum peti. et. do. bo. d. l. 1. §. nisi prætor, eod. P. Cum dicitur autem tempus, nec adicit diem, sine dubio, inquit Vlp. d. l. 1. §. si. in venditione, §. de tempore, de bo. auct. in. pos. P. ostēdit esse in ius dicentis potestate, quæ diem præstituit. Nec non illud sciendum est, nonnunq, semel nonnunq, sæpius, diem ad deliberandum dandum esse, dū modo prætori iuadeatur, tempus, quod primum aditus præstituerat, nō sufficere, l. 3. de iur. del. Sed hoc impetrari non debet nisi magna ex causa, l. 4. eo. tit. Ius tamen Codicis statuit, peti posse a magistratibus, & a principe, & sæpius: dummodo a magistratibus impetrata dilatio, nouem menses non excedat, si a principe, annum, §. si. sed quia. eo. C. Constituit autem Instin. nec peti tempus, sed concedi ex lege annum, quo omnis deliberandi facultas concluderetur: data nihilominus potestate transmittendi ad successores hoc ius, si intra illud deliberandi tempus deceffit heres, qui adire vel repudiare debebat, l. *num antiquioribus, eod. C.* Nunc in Gallia, heres a die qua scilicet sibi delatam hereditatem, eam agnoscere debeat intra 40. tantum dies. Vt intra tantundem tempus inuentariu conficiat & cautionem exponat apud magistratum fore vt facti faciat creditoribus pro modo bonorum, vt in lege municipali Biterugum continetur. ¶ Porro ¶ omnibus heredibus repudiare hereditatem licet delatam, quod non prius facere tenentur, quam ad hoc in iudicem euocentur, qui tempus ad deliberandum præstituit, etiam nō petentibus, vt scribit Car. Molinaus ad §. par. quasi. Io. Gall. q. 180. facit l. 1. §. sane, de success. edict. P. Alioquin enim nisi interpellentur, videntur ignorasse delatam sibi hereditatem fuisse, & ante non videtur præscribi anno adeundi videntis heredis facultas, quæ iuris ciuilis est, §. 1. de perpet. & temp. act. vel alio longiori tempore nisi intra quod adire deberet, constitutum esset tempus*****

tempus a magistratu, si curatoris, de iur. del. C. I. quandoque, de acq. her. P. Quod si autem ad ius transmittendi pertinet heredis morientis, si a tempore scientia moriatur, intra annum, præscriptio ei & heredibus currit ad eundem, secundum l. cum antiquioribus, & l. quoniam sororem, de iure del. C.

11 Forma deliberandi, ut primū petatur dilatio, vel secundum iuris terminum eam amplectatur. Subiūde pendente tempore deliberandi, forma seruetur, ut interim nō tantum creditoribus, sed etiam heredi instituto, prætor vel magistratus subueniat, iūq; copiam faciat instrumentorum inspiciendorum, vnde instruere se possint, expediat necne agnoscere hereditatem, l. Aristo scribit, de iur. de. P. l. Aristo, 28. de acq. he. P. Sic inspiciendā tabularum testamenti aperiendā, & describendā dabitur facultas, l. 1. & 2. quemadmodum test. aper. P. sine quibus heres certus de oneribus impostis esse non potest, neq; quicquam illis inuis & perpētis respondere, d. l. quemadmodum test. a. l. 2. de his controuersis, de transf. P. Petebatur autem ab herede aperiiri intra tertium aut quintum a morte testatoris diem, Jul. P. au. lib. 4. recep. seni. tit. 6. ad eundem ea de re iudex seu magistratus competens, l. quemadmodum test. ape. lib. 6. C. tit. 32. vel per libellum, vel pro tribunali, ut pro more loci, adhibitis & conuocatis testibus, qui signarunt, vel aliis honestis iuris præsentibus, aperiatur, & ab his rurius, si opus est, obfigmentur, l. 2. eo. C. Legum porro antiquarum in aperiendo si legitimates de quibus in l. cum ab initio, & l. sed si maior, & l. 1. v. l. eo. tit. P. si ius codicis seruetur, de quo in l. 2. & 3. eo. C. non valde exigitur. Fit & publicatio testamentorū coram iudice, vt deinceps eorum rata & publica sit fides & auctoritas, l. publicari, C. de testam. & de his quæ ibi scribuntur & disponuntur, transigi agere possit, l. quemadmodum test. ape. Et quamuis tabulae interdicant, tamen disposita in illis rata & debita sunt, d. l. publicari, & l. v. n. si tab. est. a. ex. f. a. in P. Pendente etiam deliberandi tempore, prætor vel iudex aditus, bonis prospicit & hereditati iacenti ex ea parte edicti, qua dicit, l. ait prætor, 7. de iure del. P. Si iusta causa deliberandi videbitur, bona interea dimittit, nisi causa cognita boni viri arbitratu, vtebo. Sic enim prohibentur alienationes, & exercitium actionū. Et in causæ cognitione vertitur, an iusta causa sit, vt diminuat prætor permitat, qualis funetis causa, ite eorum que sine periculo non possunt omitti, puta, si debitum vtget, & deficiat faciendā, agri colendi, &c. de quibus vide d. l. ait prætor, & l. filius, 9. l. Aristo, 5. & l. i. g. i. tit. 6. ad. P. Et petitur a iudice & conceditur interdum hæc diluendi vel negotia gerendi necessaria & vrgentia heredi deliberanti, qui tamen debet protestari se id non agere nomine aditionis, d. l. Aristo, §. si maior sit hereditas, alioquin enim euacuetur repudiā di priuilegium. Datur & interdum curator bonis eius rei gratia, & ad conseruandam hereditatem, l. 1. de curat. bon. dan. l. lib. 4. P. tit. 8. ¶ Deliberandi ius datur heredi instituto, dummodo is seruus non sit: nam eo casu, nō seruis sed dominis, cuius sunt serui, datur, l. 1. de iur. deliber. P. Serui enim pro nullis in iure ciuili habentur, d. l. 1. de iure deliber. l. quod autem, & l. seruis, de reg. iur. l. quis testamento, §. seruis, de testam. P. cum similib. Et si plures heredes sunt, & singulis potestas deliberandi datur, l. si plures gradus, 10. de iure delib. siue si sint ex testamento, siue ab intestato heredes, A. 2. in Sum. tit. de iure delib. C. licet vniuersales: quippe quia legataris seu heredibus particularibus non datur, §. l. in l. 1. ad ver. petet. eo. P. per l. si hereditatem, mand. P. Petitur & nomine pupillorū vel minorum a tutoribus vel curatoribus deliberandi tempus, d. l. l. ait prætor, de iure delib. P. Competit & ius deliberandi fisco, quando succedit tanquam heres, puta spūitis, vel aliis decedentibus ab intestato sine proximis vel vxore: & si is, cuius heres est, habuerit ius transmittendi, hoc eodem iure, vt alius heres quilibet, vtetur fisco, Cyn. in addit. ad l. si quis mihi bona §. si quis plane, de acq. her. & ibi Bal. Chass. ad §. 1. ad ver. des successions, des Balsards, in consuet. Burgund.

13 Effectus ¶ potro & finis deliberationis est, vt priuilegium, quod olim tantum suis heredibus concedebatur, vt ante aditam hereditatem delatā, & ante apertas eius tabulas morientes transmittentur ius ad eundem ad heredes, l. 1. de iis qui ante aper. tab. Cod. communicetur etiam heredibus extraneis, & possint, si moriantur, intra annum a tempore scientia computandum delatæ hereditatis, ad eundem facultatem etiam ad heredes transmittere. Si vero decesserint post annum, nihil transmittant, l. cum antiquioribus, & l. quoniam sororem, de iur. delib. Neque si moriantur ignorantibus sibi delatam hereditatem, vt ait lat. in l. cum antiquioribus, l. 4. nu. 3. & alii, C. de iur. delib. ¶ In ¶ Gallia certe proculdubio vbi agitur de hereditate proximorum, descendentiā, ascendentiā,

vel collateralium, transmissionis huius subtilitas contemnitur, propter consuetudinem quod horum mortuus siue sciens, siue ignorantis delatam sibi hereditatem, si sit vnum proximum de genere, seu vt verba sonant, le mort saisi le vis plus prochain heritier habile a luy succeder, §. 1. des successions, in consuet. Burg. & ibi Chass. num. 1. 2. 3. 4. Et ita vt generalis consuetudinis transmittitur & ius deliberandi & ad eundem, imo ius hereditatis in extraneum heredem, Guil. Bened. ad rep. c. Raynuius, ad ver. mortuo itaq; testatore, vbi transmissionum tractat materiam, n. 188. & 71. & 72. Ceterum, si heres ignorantis ex alio sit quam de genere, puta heres sit institutus extraneus omnino, dubium remanet, num ius deliberandi ad heredes transferat mortuus intra annum. Et tandem placuit cum iure communi, hunc nec vt prædictæ consuetudinis transferre ignorantem morientem non aditam hereditatem, quoad ius ad eundem, nec quoad ius deliberandi, quod non habet locum in ignorante. Sed tunc regula generalis erit obseruanda, vt hereditas non adita ad extraneos & testamentarios heredes non transmittatur, l. quoniam sororem, de iur. delib. C. l. vni. §. in nouissimo, de caduc. toll. C. Ratio ex l. nemo plus iuris, de reg. iur. & in d. l. cum antiquioribus, ¶ Et ¶ ita consuetudinem hanc, le mort saisi le vis, non habere locum in testamentariis extraneis a proximitate heredibus defendit Chassaneus ad §. 1. des successions, num. 5. in 3. limit. in consuet. Burgund. & in §. 14. des droits appartenans a gens mariez, ad ver. la femme Marise, nu. 12. & notat Guillelmus Benedictus in d. c. Raynuius, ad ver. mortuo itaq; testatore. Quod vt intelligamus facilius, nos oportet transmissionum species disti gere in genere & in specie, ex quibus appareat, quæ ad successores transmittantur, cum voluntate vel sine ea, decedentium. Alia namque naturalis, alia conuentionalis, alia legalis, quas tres transmissiones explicat præd. Benedictus ad ver. mortuo itaq; &c. in ipis, a nu. 105. & in seq. persequitur. ¶ Naturalis ¶ dicitur ea, quæ transfert, quæ naturæ languini adhaerent & generi, vt si transferat nobilitatem, sic dicimus natalibus nobiles, l. nobiles, de commer. & mer. C. ¶ 2. Conuentionalis, ¶ quæ ex virtute pacti quæ situm, natura conuentionis transfert ius in successores quærentis, vt in l. iuris gentium, §. pactorum, de pact. P. l. si pactum, de prob. P. l. is cui sub conditione, de act. P. §. ex conditionali, de verb. oblig. l. iust. §. 1. Legalis ¶ seu legitima dicitur, l. legitima, de pac. P. l. 1. de cond. ex lege ¶ and. quando ratione legis, quod nobis quærendum est, potest quæri a nostris heredibus nostro nomine, & perinde ac si viueremus. Et hanc triplicem lex introduxit in hereditate nobis competente non adita, transferenda in nostros heredes extrinseci causa, Bart. hec explicat in l. ventre præterito, de acq. hered. Bened. ad d. c. & ver. mortuo itaq; & tractat de prima specie a nu. 108. v. §. que ad nu. 151. tractat & de tribus membris. Bal. in d. l. cum antiquioribus, q. 8. & in l. 3. de hered. inst. C. ¶ Prima, ¶ ratione & beneficio iuratis, ratione cuius, si filius vel nepos in potestate morientis patris vel aui constitutus, moriatur antequam adierit patris vel aui hereditatem, siue sciat sibi delatam, siue ignoret, semper transmittit eandem ad heredes sibi succedentes, siue ii sint extranei, siue sui, siue ex testamento vel ab intestato, ei succedant, in l. apud hostes, C. de suis & leg. her. l. 3. de iur. delib. C. Et enim iam viuō patre quodammodo erat filius dominus, & mortuo eo continuatur in eum dominium, siue is sit ignorans, siue sciat delatam hereditatem, quod pertinet ad plenum ius, & ad naturale dominium, l. in suis, de lib. & posthu. 2. P. l. in suis, de iur. & legit. P. ¶ Secunda ¶ species transmissionis legalis, quæ non ratione patriæ potestatis seu iuratis, sed ratione sanguinis lineæ descendens vel ascendens. Nam si moriatur aliquis ex descendentiis, heres ascendens cuius non adierit hereditatem, siue in potestate eius fuerit, siue nō, hereditatem non aditam transmittit ad liberos descendentes succedentes ei beneficio, l. v. de iis qui an. aper. tab. C.

¶ Differt ¶ autem a prima iuratis transmissione, quod hæc transmissionis fiat in liberos descendentes ex se solum, non autem in heredes extraneos et succedentes, vt ea quæ iuratis est. Vtraque tamen in hoc conueniunt, vt si descendens hereditas delata sit ascendenti, vel collateralis collateralis, & is ascendens vel collateralis ante aditam hereditatem decesserit, nō possit transmittere ad successores suos, Guillelmus Bened. l. v. vbi supra, a nu. 152. per l. quoniam in prioribus, C. de iure deliber. Bartol. in d. l. vni. c. de iis qui ante aper. tabul. vbi improbat. glossam quæ sentit contrarium, Bal. in l. 2. ad Orific. & in l. cum antiquioribus, de iur. del. excepto casu, l. si infanti, de iure delib. C. Intra sanguinis & naturalis descendentiis successio ascendentiū debita dicitur, in l. scripto, v. n. liber. P. & l. cum ratio, de bon. damnator. P. Et proinde

transmissio hereditatis, in prima & secunda specie transmissio, fieri dicitur. Quia ratio ne videtur mihi in consuetudinibus filiorum & descendendum transmittendi potestas prorogata, vti ad consanguineos seu sanguine proximos succedentes. Vt quemadmodum in descendendum hereditas transit & continuata videtur sine ministerio externo, sic & in collateralibus mortuus quoque dicatur inuestire viuentem, seu salire, & heredem eodem iure facere, *l. non facile, §. cognati, l. Iurisconsultus, §. 1. de grad. affin. P. l. 1. vnde cognati. P. l. fin. de iustit. & iur. P.* quia ius sanguinis dicitur esse inter cognatos, & nullo iure ciuili iura sanguinis dirimi possint, *l. iura sanguinis, de reg. iur.*

2. 2. Tertia transmissio legalis species, quae fit ex beneficio. I. cum antiquioribus, de iure delib. C. quando quis sciens sibi delatam hereditatem, infra annum sibi iure ad deliberandum datum an adire velit vel non, moritur: & sic pendente, adhuc tempore deliberandi, non adita nec repudiata hereditate, transmittit non quidem hereditatem, vt in duobus primis membris, sed illud ius deliberandi, & potestatem adeundi, *l. cum antiquioribus, de iure delib. C. & Bart. ibi & in d. l. ventre praeterito, vlt. colum. versic. septimus casus, in quantum superest de anno.* Si autem ignorans delatam moriatur, non transmittit ius deliberandi: quia non dicitur coepisse deliberare in eo quod ignorabat. Sed & si heres transmittentis, & qui coeperat deliberare, intra annum non adeat, non admittetur postea. *¶ Nisi* heres ex causa legitima distulisset adire, nempe vt prius vindicaret mortem defuncti: vel ratione ventris, vt in *l. si quis in gravi, §. eleganter, ad Senat. Sylla. P.* de quo num admittetur prius dubium erat, vel si fuerit impeditus mota falsi controuersia contra testamentum, vel alia de causa legitima, *Bal. in l. cum antiquioribus, in fi. de iur. delib.*

2. 3. Notandum test, hoc ius deliberandi dici, non autem ad eundem: nam si quis viuat, si non coactus fuerit a iudice certo apposto termino deliberare, & si non repudianerit, potest adire quando vixerit, *l. si curatoris, §. C. eo. l. quando heres, de acq. hered.* Et in suis id expressius, nulla logi temporis praescriptione summo ueri posse, quin possint se immiscere. Longissima vero tolli posse hanc facultatem, puta 30. annis receptum est, exemplo aliarum actionum, *l. licet, C. de iur. del. Addit etiam Bart. d. l. licet, §. l. si quis, l. §. omnes, de prescript. 30. vel 40. ann. C. Bar. ad d. l. licet.* quod contra filiam institutam solam a matre, ad eam submouendam ab additione, sexaginta anni requiruntur: triginta quidem, vt contan non aduentem ex testamento: triginta vero, vt contra venientem ab intestato: quam decisionem dicit mirabilem Paulus Castren. *in d. l. quando in, in 1. de acquir. hered. hancque probat Iason & Baldus,*

2. 4. *¶ In fin. d. l. licet, num. 5. & ibi Bald.* *¶ Et* hanc iure ciuili introducta dilatio ad eundem, quia aditio iuris ciuilis est: cum tamen ex iure praetorio, remedium deliberandi non ita prorogaretur in edicto successorio, quod petendi bonorum possessionem tempus praescriberet. suis quidem filiis & paribus, anni: proximioribus autem aliis, centum dierum tantum spatium, *l. 1. §. l. ius, de success. edi. P. l. 4. qui admitt. ad bonor. poss. poss. C.* Illudque dabatur, quando filius per bonorum possessionem vnde liberi non venisset intra tempus, si nemo in eo primo gradu erat, cui accreuisset eius portio, omniam additionem, *in extra l. si pluribus, de suis & leg. her. P.* Verum salua erat etiam mora anni restitutio filio, vt exclusus per, vnde liberi, possit postea petere bonorum possessionem ex tempore alterius edicti, vnde legitimi, *d. l. 1. §. sed videndum, de success. edi.* Ita proximitatis nomine dabatur dies computandi ab elapso termino, vnde liberi si illa successionis species adesset: alioquin tempus vtrumque computabatur vtile primum a die scientiae delatae hereditatis, *l. qui admitt. ad bon. poss. poss. C.* Sabducebatur enim tempus ignorantie, sicut & in ius impedimenti, ab vtili tempore, *l. quando in, eo. l. annus utilis, G. de calumniat. P. lib. 3. tit. 6.*

2. 6. Delata tunc portio dicitur hereditas, quae quis possit ad eundem conlequi, *l. delata, §. 1. de verb. sign. P.* Alius tunc effectus iuris deliberandi est, vt creditor hereditarius, pendente tempore deliberandi non possit pignora capere vel executione vti, *gl. in l. si cum dotem, ad §. transfretat, sol. matrim. P.* sed debet expectare inuentarii confessionem, si velit eius beneficio vt heres, vt sciatur nū bona sufficiant etiam alieno liberando. Et ita iudicatum in Senatu Parisiensi 24. Martii, 1527. *Pap. refert lib. 21. rhaps. arest. tit. 10. arest. 7.*

2. 8. Rationes tunc iuris deliberandi fuerit hereditibus indultum, ex pluribus quasdam refero. Prima, quod cum pluribus legibus consulum fuisset morientibus, & vt iudicaciones eorum conferuerentur, & vt heredes haberent: a quom visum est, & prospici hereditibus, & dandum esse tempus, quo possent sibi antea cauere,

quam. repentinis aliorum negotiis inuoluerentur in sui perniciem, *l. Aristo, §. de iure delib. l. Aristo, 28. de acquir. hered. P.* Deliberatio omnibus rebus necessaria, quae hominum indisciplinatos calores possit refranare, *c. anteriorum, 2. q. 6.* Temporeque indigemus, vt aliquid maturius agamus. Neque sunt praecipitanda opera nostra aut consilia, nec ordo corrumpendus, *c. ponderet, 50. dist. Cautela & illa laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor nihil sibi vindicat: agendumve nihil prius quam coecitata mens ad tranquillitatem redeat, c. illa prepositorum sollicitudo, 11. quest. 3.* Et Martialis dicebat *lib. 11. Epig. epigr. 99.*

Non ignorat omni quod sit succedere Macro: Nam sua qui meretur pondera, ferre potest.

2. 1. Est, tunc dixi, latens res alienum in hereditatibus, potissimum in maioribus: vbi enim sunt diuitiae multae, ibi sunt plures, qui eas comedunt, *§. neque tamen, cum gloss. fin. de aucto. iur.* Et plures sunt creditores, qui pendente vita debitorum, vel metu dignitatis eorum, vel amicitia, vel spe beneficii consequendi non repertur debita: postquam autem cecidit vita & arboris superbia truncus, accurrunt ad sua repetenda. Et qui stantis arboris fructus non poterant attingere, collapsa truncum a ramis facile repetit, & successibus non paruit. Saepem plures viuunt aliepi ornati plumis, qui delituiti fauore & vento secundo exuuntur. Et ita sibi heredes deliberare par est:

Ne si forte suas repetitum venerit oves Grex autum plumas moueat, conuulsarissimum.

Quis credidisset vnquam Epaminundam inopem omnino fuisse, nisi vidisset eum ob inopiam publico funere a Thebanis sepultum: & postquam repertorium bonorum eius fecisset, ferreum veru tantum in eius demo inuenisset: Haec enim tantum inuenta eius feruntur bona, *Plutarch. in vita Fabii Maximi.* *¶* Lyfandi paupertas post eius mortem tantum detecta est, *idem in eius vita.* Sunt & plures, qui dum volant videri diuites, legatis pluribus infarciant testamenta, quae vix possent exsolui a duplici hereditate relicta: & fere omnes amplius de suis facultatibus sperant homines, quam in his sit, *in fraudem quib. ex caus. manu. non lic. d. d. c. hereditibus indultum est sui gratia tempus deliberandi.*

2. 3. Tertio loco, etiam creditorum causa tempus constitutum deliberandi, ne diffugii & subtractionis vel expilandae hereditatis anxia daretur nimium morosis hereditibus, sed scirent cum quibus experiri citius deberent, *in l. 1. de success. edi. P. l. si plures, 10. de iure delib. P.* Item postremo, ne dominia rerum diutius sub incerto essent, *d. d. l. de success. edi. quod ne sint, interest maxime Republicae, l. de vscap. P.*

De confessione & iure inuentarii hereditarii. CAP. 3.

- 1 Inuentarii conficiendi beneficium a Iustiniano introductum, & quorum. Inuentarium quid, quoruplex, & a quibus fieri debet. §. nu. 23. & 5.
- 4 Annotatio bonorum per inuentarium.
- 6 Inuentarium hereditatis quid, & quid contineat, quid de scribi in eo debeat.
- 7 Inuentarii tutoris & heredis differentia, & instrumenta quomodo eo comprehendenda.
- 8 Inuentarium hereditatis coram quo fieri debet.
- 9 Inuentarii hereditarii conficiendi forma, & fieri posse post aditam hereditatem intra tempus concessum, quae res autem describantur in eo. §. nu. 10.
- 11 Inuentarii hereditatis necessitas quem respiciat.
- 12 Inuentarium quis heres cogi potest facere.
- 13 Fiscus delatae hereditatis non conficiens inuentarium, non tenetur supra vires.
- 14 Inuentarii conficiendi tempus quomodo contra minores, & ecclesiam, & hospitale heredes praescribitur.
- 15 Inuentarii confectio, an & quando remitti heredi per restatorem possit.
- 16 Tutori filiorum, an restator possit remittere confessionem inuentarii.
- 17 Inuentarii hereditatis utilitates & effectus.
- 18 Inuentarium non conficiens hereditatis non tenetur in conscientia supra vires hereditatis exceptis casibus. nu. 21.
- 22 Inuentarii de hereditate conficiendae rationes. §. seq. 24.
- 23 Inuentarium certitudinis rerum conducit, sit expensis hereditatis.



fieri inuentarium, cum & sumibus hereditariis fiat non suis, *ca. vniuersi in 2. de testib. in 6. l. postquam liti. C. de pact. cum simi.* Et sic repellitur eius malitia, per exceptionem receptam tua non interest. Sed nec iure naturæ æquum est, ut is veli læcupletari cum alterius, nempe creditorum, iactura, *l. nam hoc natura, de cond. ind. P. l. iure naturæ, de reg. iur. P.* Eius autem voluntatis esse præsumitur, qui non patitur dominos & creditores, rebus suis prospicere, *in xxi. a. ad forte mibi gladium, de præsum. ¶* Proinde in Gallia, in locis quæ consuetudine reguntur, beneficium inuentarii conceditur per principem, codicillis ea de re impetratis ab officinis æquitatis, seu a cancellariis, *Pap. lib. 2. r. h. ap. are. sit. 10. art. 1.* quibus id permittitur, dummodo cautiones interponantur. Cautiones porro, quæ præstantur ab huiusmodi heredibus literas impetrantibus, sunt dæ, vna iuratoria, de fructibus & mobilibus in hereditate inuentis, non etiam de immobilibus: altera fidei iussoria, de faciendis sumibus funeris, & soluendis debitis, vique ad valorem prædictorum mobilium, & ita iudicatum, *idem ubi proximo.* Ceterum, quæ sint rationes temporis concessi inuentario faciendi, possunt accipia rationibus iuris delibari. *l.*

De aequa hereditate. Cap. 4.

Lib. 29. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 30.

- 1 Adire hereditatem quid est.
- 2 Aditio & repudiatio, extraneorum immixtio, & absentio suorum.
- 3 Aditio vel immixtio duplex, expressa & tacita.
- 4 Aditio de qua ve fieri dicitur, nempe de hereditate.
- 5 Aditio hereditatis pro parte fieri non potest, nec pro parte repudiatio.
- 6 Adire hereditatem qui possunt. & 7.
- 8 Seruus non potest, nisi iussu domini adire hereditatem.
- 9 Per procuratorem an queatur successio.
- 10 Mutus & surdus pro herede se gerere possunt.
- 11 Cui interdicitur bonis, quando & quomodo adit hereditatem.
- 12 Aditio nomine infantis & collegii heredum per quos fiat.
- 13 Monaco delata hereditas per quem aditur.
- 14 Aditio hereditatis verbo, & nuda quomodo fiat.
- 15 Adire hereditatem grauatus, de restituenda cogitur.
- 16 Aditio & sine & coram iudice fieri potest.
- 17 Adeundi hereditatem plurimum succedentium ordo. & 18.
- 19 Adeundi facultas quando tempore præscribitur.
- 20 Adire volens, cuius status esse debet.

1 In aditione, prima causa est consideranda, an aequa sit hereditas, & hoc tractauimus iam in 1. 2. & 3. c. superioribus. Videamus igitur quid sit aditio, & de reliquis. Adire hereditatem, inquit Azo in *summa, tit. de iure delib. C. nihil aliud est, quam velle eam habere, animo scilicet & facto, ire ad hereditatem, suscipere, & agnoscere ve tanquam suam. ¶* Aditio, quia diuersam quid constituitur ab eunte ad illud, proprie extraneorum esse dicitur, qui apice hereditatis (sic enim apice pro adipisci dictum refert antiquis Sextus Pompeius Festus) venit in bona que nullo modo possidebat antea: quemadmodum cum non acceptam delatam, repudiare dicitur. Qui autem sui sunt, non adire, sed se immiscere hereditate, vel pro repudiatione, abstinere se ab eadem dicuntur, *§. extraneos, de her. qual. & differ. nota. in rubr. de acquir. her. P.* quia viuente patre qui erant in eius potestate filii, quasi domini erant, *l. in suis, de lib. & posthum.*

¶ Duplex est aditio vel immixtio, expressa & tacita, *§. in extran. de her. qual. & diff.* Expressa est, que verbis aperte declaratur, cum factio, dicente herede, se adire vel adiuisse hereditatem: veluti, quando grauatus est de restituenda hereditate, cogitur eam adire a fideicommissario substituto, *l. nam quod, 1. 4. §. qui compulsi, & l. cogi, 16. §. generaliter, ad Smatisconf. Trebellian. P. in l. quando, 68. de acquir. hered. P.* idem si sponte adit, *ut l. eum qui, 1. §. in eod. Tacita aditio, quando heres ea gerit, que non solent geri nisi ab heredibus, nulla protestatione contraria preunte: sic enim dicitur, se gerere pro herede re ipsa, *pro herede, 20. & l. gerit, eo. tacita voluntate, cuius testamentum in contrarium nullum fuit editum.* Maxime hoc in suis heredibus verum erat, qui iure ciuili heredes fiebant, qui ingerendo se, ipso iure immiscere sese videbantur, nisi mente diuersum protestarentur manifesto. In extraneis non vti que obseruatum olim. Nam filii emancipati, bonorum possessionem petere debebant: & si gererent aliqua hereditatis, ante-*

quam decretalem bonorum possessionem a prætore ac cepissent non dicebantur pro herede gerere, *l. 1. l. puberem, l. sum heredes, C. de iure delib. nec iure Codicis, antequam a iudice loco prætoris impetrassent, l. fin. & penult. C. qui admitt. ad bon. possess. possint.* In Gallia tamen æquale ius omnibus heredibus constituitur, ut ingerendo se, videatur se pro herede gerere: quia mortuus testator ut sui domini etiam extranei fiunt, si velint, & mortuus salis viciunt. Vnde gestio pro immixtione habetur. Pro herede quippe dicitur gerere, qui tanquam dominus hereditatis facit: antiqui enim heredes dominos dicebant, *§. penult. de hered. qual. & diff. d. l. pro herede, 20. & l. gerit, 87. de acquir. hered.* Rædus tamen opinor distingui ea que geruntur, an gerantur alio animo quam hereditatis agnoscende: quod constat declaratione, *l. Antistius Labeo, 62. eo. P.* & protestatione. Aut si declaratio nulla fiat antea, colligendum est ex gestis: an gesta sint eius naturæ, que fieri possunt ab alio quam ab herede: an vero non soleant nec possint fieri ab alio, quam ab herede, *l. pro herede, an ab vtriusque, fieri possint.* Nam que ab aliis quam iure heredis fieri possunt omnino, certe illa non habent immixtionem: veluti, si quis non quasi heres, sed quasi filius patroni, egens a liberto patris velit alii, proculdubio hoc extra causam est se immiscendi bonis, *Pau. in l. quis non, 79. de acquir. her. P.* Item si rem hereditariam, vt rem alienam penes se habeat nesciens hereditariam, *l. cum bonis, 86. eod.* Si surripuit rem hereditariam, *l. si quis extraneus, eod.* Si tanquam inquilinus vel vt custos, vel alia de causa quam vt heres, in domo habitauerit paterna, *l. 1. de repud. her. C.* Si possideat rem vt emtor ab heredibus paternis, *l. 2. eod. si tanquam socius viuents patris, l. si pupillus, 42. §. si in societate, de acq. her. P.* Si quis vero getat ea, que non sunt, nisi ab herede, pro herede se gessisse videtur: vt in institutus cum filio, in hereditate adire, *l. si ego, l. si seruus, l. si ex sua, eo.* Si heres, etiam non hereditaria, quasi hereditaria vltus sit, *l. si quis extraneus, 21. §. 1. l. gerit, l. cum bonis, eo.* quia animus ibi inspicitur, vt voluerit esse heres, *l. si auia, 6. C. de iure delib.* Si aliquid accipiat ex voluntate defuncti heredi debitum, vt pecuniam quam dare iubentur statuliberti, *l. pro herede, 20. §. Papinianus scribit, de acquir. hered. P.* Si seruos hereditarios manumiserit, *l. si pupillus, 42. §. si. l. Pamponius, 85. §. fin. eo. l. 1. C. de iure delib.* sic de similibus. Quod si gerat negotium heres, quod ab herede, & ab alio ad conseruationem hereditatis, vel ob pietatem geri potest, si heres gerat sine protestatione, pro herede gessisse videtur: si protestetur, non vti que, *l. l. pro herede, 12. C. de iure delib.* vt puta, si filius patrem sepeliuit, si iusta ei fecit, si seruos hereditarios pauid, aut iumenta hereditaria, si ea distraxit, si fundos aut ædes locauit, vel fulsit, vel quid aliud fecit, vt salua res essent.

¶ Aditio fieri dicitur de hereditate, ideo eius qui viuunt bona, hoc nomine adiri vel repudiari nequeunt: quia viuents hereditas non est, sed mortui, *l. 1. de her. vel act. vend. l. 1. pro hered. P. l. opinione, C. eod. l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sign. P.* & qui hereditatem adiuit viuents, nihil egit, *l. qui superstitis, 93. de acq. her. P.* Quin si putet testatorem, vel eum de cuius hereditate agitur aequa, viuere, non potest adire, *l. si quis heres, 13. §. si quis, l. heres institutus, 23. eod. l. si quidem, C. soluto matrimon. l. necne, Cod. de captiu.*

¶ Rursus postquam hereditas delata est, eius pars adiri non potest, & altera omitti: sed aditio de tota facienda est, *l. 1. & 2. l. si quis, 35. & l. duo sunt, heredes, 38. de acquir. hered.* Atque filius, heres institutus, hereditatem non potest repudiare retenta legitima, *Pau. Castren. in l. heres instituta, C. de imp. facit. l. cum hereditate, 55. de acquir. hered.* quia legitima filii cum est vnica cum reliquo patrimonio patris, non consideratur separatim & diuisim a reliquis bonis. Ita filius abstinendo se bonis patris, immiscere se non potest legitimæ, aut petere eam: vt etiam notat Cynus in l. heres instituta, Cod. de impuber. Nec abstinendo potest legitimam separare, vt notant interpretes post Bartholom. Chassanæus, ad §. 12. ad verb. *ne retourne point, versicul. secundo respondeo, in consuetud. Burgund.* Ita ius aditionis indiuisibile, & qui institutus est ex alio, qui se gerit in aliqua parte pro herede, totam agnoscere videtur, *l. si ex alio, 10. l. si solus, 79. l. ex semisse, 73. eodem, facit l. 4. de omni a. gro de ser. libro 11. Cod. l. testamento, C. de impub. l. quidam elogio, 20. de iure delib. C.*

¶ A quibus potest adiri debeat hereditas, planum est, ab illis posse, qui heredes institui possunt, vel capaces sunt successionis, vel per se, vel per alium quærendæ: Atque regula

Generalis est, vt qui possit in aliis dici idoneus vt se obliget, possit per se adire: qui vero non possit, & ei inhibeat aditio per se. Idcircoq; nec pupillus, nec reliqui a contractibus reiecti, adire possunt, *l. more nostrae ciuitatis, de acquir. vel amit. hered. P.*

7 ¶ Fuit tamen olim ius ciuium Romanorum, vt soli testamento ciuis Romani hereditatem capere possent. Nec villas peregrinus huius hereditatem adire poterat. Quod Cicero docet, oratione pro Archia Postata, dum probat Archiam se pro ciue gessisse, quod sepe adiiisset hereditates ciuium Romanorum. Et pro Cecinna, Ebutius Cecinna aduersarius dicitur negare heredem posse esse Celsennae Cecinnam, quod ciuitas adempta esset Vولاتeranis a L. Sylla: & ideo ciuis non esset. In Topicis quoque, inter iura ciuitatis, ponit nexa & hereditates.

8 ¶ Homo tamen liber per se iure ciuili, non seruus, nisi domini solus non fructuarii iustus, adire hereditatem potest, *l. si quis bona, 25. §. iustitiam, & l. aditio, 45. eo. §. i. per quas per nob. acquir. §. alienus, de her. ed. insti. apud Iustm.* Domino iustus eius tamen quaerit hoc modo, vt bonorum possessione etiam intelligimus, *l. seruus, 7. de bonor. poss. P. l. seruo, ad Trebell. P.* quam per nos ipsos & per alios nobis subditos, iusta nostro acquirere possumus, *l. 3. §. acquirere, de bon. poss. P. l. placet, 78. de acq. her. P.*

9 ¶ Per tamen procuratorem autem, sicut in bonorum possessione, non possumus adire: & in hoc differt hereditas a bonorum possessione, quod tractatur in l. per procuratorem, 89. & ibi gl. i. & l. Pomponius, 87. de acq. hered. in P. Ita Vlp. d. l. si quis, 25. & l. qui putat, 73. §. qui bona fide, de acq. her. Si quis mihi bona fide seruus, seruus alienus, iussa meo aduando nihil promouebit, nec acquirere mihi, nec potest. Mutus, surdus, gerendo se pro herede, obligatur, *l. mutum, 5. eo. §. fin. de her. qual. & diff. l. i. §. mutus, de her. inst. P. ¶ Potest*

10 & eorum nomine & a furioso curatore adiri, vt cauum in l. fin. de

11 bon. poss. inf. furio. ¶ Item tamen cui lege bonis interdictum est, posse adire hereditatem constat, *d. l. mutum §. si, videlicet eo modo, quo se obligare potest, nempe cum auctoritate curatoris, l. cum quidam, de adm. iur. C. l. is cui, de verb. obl. dummodo ei ob prodigalitatem bonis sit interdictum, non etiam si ob crimen, vt in l. Manichaeus, de heret. C. l. pen. ad l. l. i. maiest. Pupillus quoque cum auctoritate tutoris, solus non potest, *l. potuit, 5. C. de iure deli. l. more, l. 8. & l. pupillus, 9. l. pupillum etiam, 49. l. si per epistolam, 50. de acq. her. P. l. bonorum, 7. qui adm. ad bon. poss. poss. C. Adit. & nomine infantis heredis, pater hereditatem, *l. si infans, de iur. del. C. vel alius, l. infans, 3. qui adm. ad bon. poss. poss. lib. 6. C. tit. 9. ¶ Sed tamen & syndicus***

12 seu actor mancipum, curiarum, collegiorum, corporumq; eorum nomine adire hereditatem potest, *l. 3. §. a municipibus, de bon. poss. P. l. i. §. quibus, l. nulli, & l. ciuitates, quod cuiusq; vniuers. nom. P. facit*

13 Lomni ius, C. de her. decur. l. un. de liber. municipi. P. ¶ Monacho tamen vero instituto, vel vocato ad hereditatem, hereditas immediate deferretur monasterio, absque ministerio aut factio monachi heredis instituti, & sine eius additione, vt aiunt in noc. Pan. & Io. Andr. in c. in presentia, de proba. Et iure ipso censetur ei acquiri, cuius monasterium est monachus, *l. si C. de sac. eccles. & abbas, vel monasterium per syndicum seu oconomum, huius hereditatem pertractant, c. un. de synd. ap. Greg.* Videtur enim monachus propriam voluntatem curasse, & in monasterium, non dicatis, *l. 2. q. 1. c. si religiosi, de elec. in 6. eam & se, & sua transulisse, Auth. ingressi, de sac. eccles. C. Disputat autem copiose Gui. Bened. ad c. Raynuitus, ad ver. si absque liberis, 2. in vulgari substitutione, nu. 80. & seq. An instituto herede monacho, & substituto alio vulgariter, nolente adire monacho, praefertur monasterium: in additione & iure substitutione, vt apud eum videre licet. ¶ Aditio tamen ex animi parte declaratur & cognoscitur, & ita fieri dicitur, si quis sine actu vel reali prehensione, dicat se velle esse heredem, *l. cum heredes, de acq. poss. P. l. si forori, C. de iure delib. l. apud Auz. diuus, de opti. leg. P. l. iam dicitur, de her. inst. de presenti, pure & sine conditione, & sponte & sine clausula actus suspensiuat: veluti si dicat, adeo, agnosco, volo heres esse, non etiam si dicat, volo adire, heres ero, l. serui electione, §. 1. de leg. 1. Quia inter actus legitimos, qui non recipiant olem aut conditionem, annumeratur aditio a Papiniano, *l. actus legitimi, 78. de reg. iur. P.* Sic verba enunciativa, relatiua ad actum, additionem indicant animo factam: vt si dicat, do tibi centum aureos, quia heres sum Titii, *l. emor, in fi. de rei vind. P. l. 1. de coll.* Sic etiam scripto hoc declarauerit, dicens, Titii heres tibi scribo, vel si subscribat taquam heres, *l. gerit, l. pro herede quis, §. 1. l. Pantonius, l. si quis extraneus, §. 1. de acq. her.* Scriptura enim probat voluntatem, & est imago mentis, si consensus ei accedat. Vnde mutus scriptura se gerere potest pro herede, si literas norit: vt etiam nutu scripturam comproba-**

re potest, *facit l. nutu, de leg. 3.* Et si literas nesciat, etiam nutu solo potest adire, praesentibus & explicantibus signa mudi, proximis, vel familiaribus, qui norunt signorum mudi consuetudinem, citant l. octauus gradus, 9. cum gl. vnd. cog. P. l. de tutela, C. de in iure rest. min. vide Bar. in l. mutum, de acq. her. P. Sed & si quis dixerit, Si soluendo est hereditas, adeo hereditatem, nulla aditio est, l. cum qui duobus, 51. §. si eo. ¶ Porro tamen qui metu coactus adire hereditatem, siue liber sit, heres non fit, siue seruus sit, heredes dominum non facit, *l. qui in aliena, 6. §. si eo.* Et si metu compulsus adit, potest contra aditionem petere restitutionem, & abstinendi facultatem, *l. si metus causa, eo. l. fin. un. leg. C. l. nec emere, C. l. 3. §. inuito, de bon. poss. P. l. si mulier, §. si metus, in 2. quod met. cau. in P.* excepto herede grauato de restituenda hereditate, qui velit nolit, & adire sine periculo tamen suo, & restituere cogitur a iudice, *l. cum aliquis, 21. C. de iure delib. l. qui poterat, & l. nam quod, §. qui compulsus, l. l. a quo, §. tempus, ius, & l. cogi, ad Trebel. P.* Quemadmodum & seruus necessarius heres instituitur, §. 1. de her. qual. & diff. l. si pupillus, §. filia, de vulg. l. si de nec. ser. her. insti. C. ¶ Aditio tamen potest fieri & sine iudice, & coram eo pro tribunali, quamuis bonorum possessio, quae datur causa cognita, non nisi pro tribunali detur, *l. 3. §. si causa, de bon. poss. P.* vel hodie coram quocunque iudice, *l. si qui adit, ad bono. poss. poss. C.* Fit tamen aditio solum post delatam hereditatem, non ante, *l. quando instituitur, 68. de acq. her. l. puberem, 12. de iure del. C. ¶ Delata tamen hereditas dicitur, quam quis possit ad eundem coniequi, *l. delata, 15. de verb. sig. P.* vt si is solus vocetur, post alios, prioribus vel repudiatis, vel aliter suam ius amittentibus, §. cum igitur, de bon. poss. apud Iustm. l. si duo, 38. & l. si quis heres, 71. de acq. her. l. 1. & 2. C. de success. edic. Quandiū autem testamentum adiri potest hereditas, tandiū ab intestato non deferretur, *l. quando iur. P. l. quando potest, 39. in plurimum, 69. de acq. her. l. 1. si tab. test. nul. ex tab. P. l. antequam, com. de suc. C. cum sim. Quae pendente causa falsi testamenti, ab intestato non aditur, si dubitatur de testamento, *l. nec is qui non valere, 17. de acq. her. alter contra, l. cum quidam, 30. eod. nisi falsum commissum ab alio, quam herede dicatur, l. cum falsum, 46. eo. l. 1. de bon. poss. sec. tab. lib. 6. C. tit. 11. Idipsum statuendum de controuersia, quae circa validitatem testamenti agitur, vel ex capite rerum, vel testatoris, vel heredum, vt quandiū rumpi testamentum, & contra tabulas bonorum possessio peti potest, non adeatur ex testamento hereditas, *l. 2. eo. P. l. venire praeritio, 83. de acq. her. P. ¶ Ex tamen testamento etiam, aditiones seruantur ordinis: vt coheredi non deferatur portio coheredis adeunda, prius quam ipse repudiauerit coheres, *l. cum hereditate, 5. §. de her. inst. P.* Primoq; deferretur institutis hereditas, & illis non aduentibus, substitutis, *l. 2. §. deferretur, de bon. poss. sec. tab. l. 3. de her. insti. P. l. quando instituitur, eod. l. 1. de ed. D. Adria. toll. C. coniuugis, & alius suo ordine, l. vnic. §. cum autem, C. de cad. toll. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Ab intestato quoq; proximionibus adeundi vt succedendi datur licentia: primo suis, hisque vel repudiatis vel non existentibus, legitimis, *l. 2. unde leg. P.* iuxta ordinem edicti liberorum, legitimorum cognatorum, viri & vxoris, *l. si tab. test. nulla ex tab. P. & secū dū ea, quae in successione ab intestato docuimus antea.******

¶ Potest tamen aditio fieri quocunque tempore, feriato & non feriato: quia fori contentiosi non est, sed voluntatis, & sine strepitu iudicii fit a viuentis & sub finem vitae. Quia & disponendo seu testando de hereditate sibi delata, eam agnouisse videtur, *l. si quis, de iure del. C.* dummodo praescriptum non fuerit contra eum ius adeūdi 30. annorum spatium, vel alio modo, vt supra docuimus hoc libro c. 2. & docet Azo in tituli summa, de iure delib. C. Gui. Pap. decif. 332. licet, & ibi interp. potissimum Bal. ver. tertio quæro, de iure delib. C. gl. in l. cum antiquioribus, in ver. beneficio, eor. tit. Melius gl. in l. 3. & l. quandiū, in 3. de acq. her. l. fin. in fin. & ibi gl. ad verb. ex vna parte, de ed. D. Adri. toll.

¶ Ceterum tamen eius est aditio, qui certus est de suo statu & conditione, & suo nomine non alieno adeat. At in eo qui dubitat, an filiusfam. an paterfam. sit, dum adit & errat, *l. qui in aliena, 6. §. si is qui, de acq. her. in seruo qui dubitabat relictam sibi libertatem, l. qui putabat, §. qui bona, & §. si eo.* Et in eo qui se falso pupillum existimauit, *l. qui se pupillum, 95. l. si is ad quem, & l. cum qui duobus, eo. P.* iura distinguunt. Item certus esse debet, & se heredem esse, nec alio praerenti, & pro qua parte sit aditurus, & num sit necessarius vel extraneus, vt ex natura cuiusque successiois rite adire possit, & substituatur aditio, *l. is qui putat, & l. seq. eo.*



Mihi tamen verius & iustius videtur, ex instrumenti obligatione carceris cum defuncto contracta, non posse conici heredem in carcerem, sed alia via in eum esse procedendum. Si tamen ex propria postea culpa vel sua mora vitiosa, vel alia causa propter ipsu debitum carcerandus iudici videatur, ut in l. qui bon. ced. poss. C. li. 7. tit. 7. nihil est contrarium sententiae meae: quia tunc, non ratione instrumenti praedecessoris seu sigilli obligatorum incarcerationio fit, sed facto. Quemadmodum in statuto, & in Bartoli opinione locum habet: quia heres de eo in carcerem non detruditur tanquam heres, sed tanquam post aditionem hereditatis debitoris, debitor factus, & verba statuti seu legis ei conueniunt, ut debitor pro debito incarcerationi possit. Cum tamen, si quis velit heredem pro sigillo habente carceris obligationem, carceri dare, verba habeat pugnancia. Etenim in illo sigillo personale merum est pactum de carcere, obligat a personae & biens. ¶ Et quae pure personalia sunt, non transeunt in heredes, quia tale, sol. mat. P. potissimum si odiosa, quae restringenda potius sunt quam amplianda, ca. odia, de reg. iur. in 6. l. cum quidam, de lib. & posth. P. Odiosa autem haec incarcerationio ob debitum civile, & ob as debitum, personam vexati, quae omnibus rebus praestat, l. in fissa, de adli. edi. P. & cuius gratia res omnes creatae sunt a Deo, l. in pecudum, de iur. P. § in pecudum, de rer. diuisi. Nec iura etiam civilia vel pontificia permittunt, imo puniunt oppignorationem liberi hominis pro debito, c. 2. de pigno. l. ob as alienum, de act. C. l. qui filios, C. que res pignor. obli. poss. l. si eod. P. Quod abunde nos alibi de cuius, dum de iur. repetitione egimus, sup. li. 2. c. 6. Perpendenda est & consuetudo Galliae generalis, ut nunquam etiam pro suo debito civili quis incarcerationi, nisi ad carceres expresse se obligauerit eius causa: ut ait Ioan. Faber, in §. item quaeritur, de actio. Et Stephan. Auffer. in add. ad decisi. Cap. Tholos. 61. heres itaque carceri non tenetur, quia seipsum ad illum expresse non obligauit. ¶ Accedit alia prope similis quaestio, num iuramentum transeat in heredes. in qua responsum est, iuramentum personale, l. generaliter, C. de iureiur. ex parte eius qui iurat, & reale ex parte eius cui iuratur, §. 1. de iureiur. a morient. praesit. in auth. & proinde transire in heredem recipientis non in heredem iurantis, l. inno. in c. veritatis, de iureiur. fo. And. & Anch. in c. cum clericus, de foro compe. in 6. neq; compelli posse vel vocari ob illud coram iudice ecclesiastico, ca. si eod. l. inno. in d. c. veritatis. Guid. Pap. decisi. 414. & Guido Pap. ait, decisi. 46. vbi distinguit, §. decisi. 224. vbi tradit dispensari posse, quantum ad spirituale, iuramentum non transire ad heredes iurantis: quod pertinet vero ad robur contractus, in quo iuratum est, transire: quia cum contractus robur capiat a tempore quo contractus, mutatione personae heredis, quod stabile factum est, non mutatur. Et ita etiam quod pertinet ad probationem iuratum, transire ad heredes iurantis, auth. quod obitimes, C. de probat. Sicque iudicari notat. Quare Henricus de Buer. eo, in reposit. auth. sacramenta puerum, si aduers. vendit. C. tradit ex contractu iurato oriri actionem, non tantum contra iuramentum, sed etiam contra heredem eius, argu. l. nam postea, §. si. & l. ait prator, §. si cum sequi, de iurei. P. & firmum esse contractum iuratum etiam iure canonico, ca. cum contingat, eod. ap. Gregor. c. licet mulieres, eo. in 6. c. quamuis pactum, de pacti. eod. Verum heredem contra contractum agere posse, in quibus defunctus egisset si non iurasset, ex causa tamen, neque teneri peritii pena, nec dispositione iuramenti ei opus esse, Fel. in c. debitor, in vlti. col. vers. 7. & vlti. de iureiur. Guid. Pap. dec. 140. nu. 5. & 404. Ancha. in d. c. cum clericus. ¶ Atque ex his pendet rationes, cur aditio necessaria sit, quibus & addenda quae in ca. 1. istius libri dicta sunt, & quae ad heredum necessitatem pertinent. 1. puta ne irritum sit testamentum, nullo adente, in l. 1. in si. de iust. rupt. P. vtique, vt adita hereditate, peti possint in testamento relicta, l. si nemo, de test. in l. filium, §. sed cum ex hereditate, de bon. poss. cont. tabul. P. l. si nemo, de reg. iur. vtq; habeant, aditione facta, creditores cum quibus pro debitis experiantur: & ne vacua dominia, seu bona diutius sine dominio sint, l. 1. de success. ed. P.

De Repudianda Hereditate.

Cap. 6.

Lib. 29. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 31. & 19.

- 1 Repudiare hereditatem quid.
- 2 Repudiatio hereditatis duplex, repudiatio, & absentio.
- 3 Repudiationis materia, hereditas.
- 4 Pactum de futura successione quare reuocatur. Et qui repudiare possint, eod. & seq.

- 5 Tutor solus quare pupillo delatam hereditatem repudiare non potest.
- 6 Fideicommissarius de restituenda hereditate, cogitur adire.
- 7 Filius institutus pro parte non potest repudiare. Nec legitimam retinere repudiata reliqua hereditate. Retinet tamen ex contractu matrimonii debitam partem repudiatae hereditatis. & nu. 8. & 9.
- 10 Repudiatio hereditatis dupliciter fit, & quomodo re & verbis.
- 11 Repudiatione vnus alteri succedendi via aperitur. Nisi duplici iure quis repudiat, possit adire.
- 12 Actiones non confunduntur inter heredem & debitorem si repudietur hereditas.
- 13 Repudiatio facta semel, raro renouatur: & quando renouatur.
- 14 L. si de repud. hered. C. in 9. casibus non habet locum.
- 15 Repudiatione facta, gesta per illum quatenentur.
- 16 Repudiationis permittuntur rationes.
- 17 Beneficium sine damno alicuius conferri debet, nec inuito, & 18.
- 19 Contractus ab initio liberi sunt.

Communia ¶ pleraque eorum, quae diximus requiri in aditione facienda, & repudiationi esse, l. si. & l. si. de repud. & absentio. ber. C. Bart. & alii, in l. gerit, de acq. her. P. iura iam enucleata docent, quae coniunctim de vtraque loquuntur: vt opus tantum sit pauca, quae singularia repudiationi videntur, referre. Et in primis, vtrum repudiatio fieri possit considerandum erit, ex parte rerum, personarum, & modo repudiandi. Repudiare hereditatem, est nolle eam adire in extraneis in suis autem, vt dixi, est abstinere. ¶ Sic nomine tenus repudiatio est duplex, repudiatio & absentio. Quod tamen de repudiatione dicitur idipsum dictum censendum in abstinentione, l. nam nec, 91. de leg. 1. nam vtroque casu hereditas amittitur, l. si qui heres, 13. de acqu. hered. Et vtrumque non est dicitur de omittenda hereditate, quae est res adenda, vel repudianda. Si enim non sit hereditas, repudiatio quae fit, in effectum est in hac tractatione, ad quam repudiationis nomen restringitur. Sic enim oportet verborum generalium intellectum referri ad tractata, c. in intelligentia, de ver. sign. ap. Greg. neque enim hic de repudio vel libello diuortii agitur: cum non tractemus de nuptiis vel sponsalibus, quae haec considerant, l. inter diuortium, §. 1. eod. P. l. 2. & 10. tit. de diuor. & repu. P. & tit. de repud. C. ¶ Hereditas hic est materia, circa quam velatur repudiatio, & quae reicitur. Itaque ea consideranda, num sit id est, num testator vel dominus bonorum, de quarum repudiatione agitur, mortuus sit, etenim nisi qui certus est de morte eius, repudiare non potest, d. l. si qui heres, §. si quis dubitet. Hereditas nulla quippe viuens est, l. pro here. P. l. 1. de here. vel ali. ven. C. Quare qui suu petitis repud. aut bona, post mortem eius adire hereditatem, & bonorum possessionem petere, non prohibetur, l. qui sepe testis, 93. de acq. hered. l. nec nec de capti. C. ¶ Quae sit, vt pactum de futura successione non admittatur, nec prohibeat, quin is qui eiurauit hoc pacto, possit succedere, l. si de ius & leg. C. l. si quando, C. de inoff. test. l. in §. l. pactum, C. de pacti. cum similib. Is porro dicitur posse repudare, cui delata est hereditas. Non enim potest amittere, qui non habet, & priuatio praesupponit habitum, l. si vniuersa, C. de leg. l. decem, de ver. ob. cum similib. Et is potest repudare, qui potest adire, si velit, consequi & acquirere, l. nolle adire, 4. & l. si potest, 18. de acq. her. l. eius est nolle, de reg. iur. per se quidem, dum modo sit compos mentis, pater familias, liber, maior 25. annis, gloss. in d. l. is potest. & in summa sit suu potestatis. ¶ Quare summus, qui nullus est voluntatis, nec per se, nec per seruum suum iussu suo adire vel repudiare hereditatem potest: cum id non nisi voluntate domini fiat, in l. qui seruum suum, 47. de acq. hered. P. l. furiosus, de reg. iur. P. Neque filiosum repudiando sine patre neque pater sine filio, alteri nocet, vtrique autem possunt repudiare, teste Vlpiano, l. si qui heres, 13. §. si l. placet, de acq. hered. P. l. filius, C. de pacti. l. retinente, 11. C. de iur. deli. l. 2. de repud. bon. poss. C. Idemque est, si legitima hereditas filius superuenientis, l. idemque, 14. eod. impuberum abstinentia vel aditio non obligat eos hereditati, vel non impediuntur, quominus renouare abstinentionem sine tutore vel curatore factam possint, l. impuberibus, 11. & l. necessarius, 57. de acq. here. Quamuis nec tutor, sine pupilli consensu possit repudiare hereditatem, l. tutor autem, §. de bon. poss. P. l. 1. §. tutor, de successio. edic. P. cum eius tamen consensu, possit, l. potuit, C. de iure delib. l. si ad pupillum, de ant. praes. P. vel adhibitis etiam amicis & proximis pupilli, & iudice in consilium repudiationis, gloss. ex Azo. in d. l. tutor autem, §. de bon. poss. Ne in potestate tutorum sit, commenticiis oneribus repudiando hereditatem,

ditatem, pupillum bonis spoliare. Cessat enim tunc tutoris nomen, ubi is prae dicitur sibi viat par officium, *l. qui fundum, §. si tutor, 6 pro em. P. iun. §. 1. de tutel. ap. Iustin.* ¶ Repudiare non potest heres grauius de restituenda hereditate, si substitutus eam adiri suo periculo postulet, *l. qui poterat, 4. ad Sena. T. rebell. P. l. sed & si, §. plane, §. l. cogit, eod. P. l. 4. C. eod.* Aliter enim nemo cogi adire, sed libere repudiare potest, *l. nec emere, de iure delibe. C. l. 2. §. nec cogitur, solu. matrim.* Per seruum dominus bonorum possessionem repudiat, *l. 1. §. seruum, de success. edic. P.* Procurator sine voluntate domini non potest, *dist. l. 1. §. vnusquisque, §. l. 2. de offic. procurat. Casa. P.* Nec is qui se gessit aliquo modo pro herede, postea repudiandi facultatem habet, nisi tanquam minor restitutionem impetret, *§. extraneis, de hered. qual. & differ. l. sicut, §. l. 1. C. de repud. hered.* ¶ Is quoque, qui ex aliqua parte adit, alterius repudiationem facere non potest, *l. 1. §. 2. & l. si solus, de acqu. hered. P. vide l. cum hereditate, eod. tit. l. quidam elogio, 20. C. de iur. deli.* Pluribus disputata Guill. Benedicto, ad c. Raynautius, ad ver. *si absque lib. vris moreretur, 2. a nu. 48. vique ad 56. de testa. quod filius etiam heres institutus, non potest repudiare hereditatem reiecta legitima, nec capere legitimam iure institutionis, & reliquam relinquere substituto. Neque succedente ab intestato, legitimam retinere posse repudiatis aliis bonis: propter ius succedendi in diuinduum. Quod & Panormit. circa finem d. c. Raynautius testatur. Paul. 68. §. 4. col. 2. Bald. in l. 3. C. de impub. Bar. in l. excusatus, si quis omil. can. testa. P. Ange. Aret. in §. si de hered. qual. ¶ Probat tamen idem Bened. nu. 50. sententiam Baldi, ad l. 3. de impub. repudiare filium posse hereditatem, si habeat vulgarem substitutum, & nimum supra legitimam oneretur legatis. Pro qua facit l. si liberus patrono, de oper. libe. P. Tuetur & nu. 53. tertia limitatione, ab intestato posse legitimam retenta reliqua bona repudiare. Panor. tamen in fi. d. c. Raynautius, reiecta hanc sententiam, & bene, propter ius succedendi in diuinduum. Verissimum tamen erit, vt si filius particularis relicta sit iure institutionis pro legitima, & illa onerata sit legatis, posse vt legatarium retinere legitimam sine onere, & reiecte reliquam & repudiare, vt ait Franc. Aret. conf. l. 60. 16. col. in fin.*

¶ Item, si filius ex contractu certam partem bonorum partem habeat ex pacto inter viuos, a patre institutus postea, retentis bonis & parte ratione contractus, potest repudiare reliqua bona, *auth. vnde si patens, & ibi l. in 2. part. inof. testam. C. Bened. vbi sup. num. 54. & 55. Facit l. quidam elogio, de iur. delib. C. Repudiatio fit cum effectu, ab eo qui certus est, vt esse debet de iure suo, *l. in repudianda, 23. de acqu. hered. P. nam si ignorans sibi delatam repudiat, nihil agit, l. is qui heres, cum sequ. vsque ad l. qui hereditatem, eo. l. mater decedens de inof. test. P. l. nec ignorans, de donatio.* ¶ Recursari potest hereditas non tantum vt verbis, sed etiam re potest, & alio quouis iudicio voluntatis, vt respondit Paulus, *l. reuocari, 9. 4. de acqu. herede. Verbis mens exprimitur, vt si dicat, se repudiare, nolle adire amplius hereditatem, vel aliis similibus declararet mentem. Re ipsa vero, si passus est heres occupari ab alio tanquam ab herede res hereditarias, hac mente, vt ille vellet tanquam heres possidere: hic vero permittit: vt Vlpianus explicat in l. restituta, 3. ad Senatus. T. rebell. Item si post cognitam delationem factam hereditatis, intra annum deliberandi non repudiauerit, nec adierit, & moriatur post annum, videtur repudiasse facta tacite, nec ad eius heredes ius transmittit, *l. cum antiquioribus, 19. §. l. quoniam sororem, de iure d. lib. C. Si tamen vixerit, licet se hereditati non immiscuerit, tamen non ex eo censetur repudiasse, quod intra annum non adierit, nec alia longi temporis prescriptione ab additione submouebitur, l. licet, 8. eod. C. praequam si in ius vocato vt adeat vel repudiet, certum tempus deliberandi a iudice illi definitum sit, intra quod si non adierit, videtur repudiasse, *l. si curatoris, 9. C. eod. tit.* Quemadmodum in edicto successorio bonorum possessionis delatae per praetorem, lapsus temporis constituitur & concessi ad petendam bonorum possessionem, repudiationem tacitam arguebat: quia postea excluderentur a petitione & additione morosi & sequentibus gradibus & ordinibus successorum ius velati repudiatum, deferebatur, *l. 1. §. 2. C. de success. edic. lib. 6. C. tit. 16. l. 1. eod. P.* Qua ratione successio ad eam vni, alterius sit aduentis.***

¶ Et hic etiam effectus repudiationis est praecipuus, vt repudiatione expressa vel tacita secuta, alius vocetur ad bona defuncti: nisi idem ipse qui repudiavit, ex alio capite ad additionem admittatur. Vt si in testamento patris successorem filii repudiuerint, ex edicto, *vnus liberi*, delatam: possunt iterum eandem adire per edi-

ctum, *vnus legitimi*, & tanquam proximiores agnati remotiores expellere, *l. 2. vn. legi. P. l. si. C. de rep. her. l. 1. §. quibus ex edicto, vers. sed videndum, de success. eod. P.* Et quoties duplici iure alicui deferretur successio, repudiatio nouo iure, quod ante deferretur, supererit vetus, *l. quoties duplici, 9. 2. de reg. iur.* Nec prius excluditur, quam vtroque modo delatam repudiet hereditatem, *in leg. in plurimum, 69. de acqu. hered.* Si filius quoque qui adiuit hereditatem ex testamento, videtur repudiasse tanquam successor ab intestato: verum si testamentum defecit, non prohibetur adire ab intestato, vt legitimus heres, *l. legitimam, 8. §. l. postquam legatum, 4. 6. de pet. hered. P.* Cum distinctione l. uecis qui non valere, 17. §. heres institutus, de acqu. herede. P. & l. illud, 76. eiusdem tit. Et cum res etiam seu bona ex diuersis successionebus ad nos pertinere possint, repudiata vna non censetur repudiata altera, *l. hereditas matertera, 5. de pet. hered. C. l. si min. se ab her. abst. lib. 2. C. tit. 39.*

¶ Alius effectus repudiationis, vt per eam repudiatis liberetur ab omnibus creditoribus hereditariis, *l. si pupillus, 4. 2. §. l. si pupillus se ab hereditate, 8. §. l. pe. §. fin. de acqu. hered. P. l. 1. de rep. hered. C. nisi is qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam personam emtoris, & ita dolose, bona patris mercatus probetur, l. si is qui bonis, 90. de acqu. hered. Proinde si quae actiones erant repudianti contra defunctum, reiecta additione, qua confusa sunt, supersunt integrae & reuiuiscunt, *l. cum bonis se patris, 86. eod.**

¶ Raro autem aditio admissa reuocatur, vt postea liceat repudiare: vt contra repudiatio facta vix additionem in eadem persona & ex eadem causa admittit. Quod pertinet enim ad effectum, repudiatis & mortuus equiparatur, in hereditate delata, *l. 1. quam non petem. par. C. l. 2. §. si consanguinea, ad Sena. Teruill. P. §. pen. de bon. pos. ap. Iust. l. 2. de bo. poss. sec. tab. P. Ang. in §. si plures, de leg. agn. succo. Ex gratia tamen suis iunioribus 25. ann. datur restitutio aduersus additionem & repudiationem, *l. 1. si min. ab herede, se absti. C. l. 1. §. 2. C. si vt omis. hered. vel bon. poss. vel quid aliud acq. lib. 2. C. tit. 40.* Tempus restitutionis ponitur in l. fina. C. de repud. heredit. Forma vero restitutionis, in authentic. si omnes creditores, C. si min. ab herede, se absti. in §. ad haec quoque, vt sponsal. largi. in Nouell. Quomodo vero & sine restitutione filius suus possit iure communi reuocare abstentione in vita, si non moriatur ante reuocationem & duobus concurrentibus, si intra triennium reuocet, & si res sit integra, id est, ab alio agnata, non sit hereditas & alteri acquisita, vel bona alienata, *in xtra l. fin. C. de rep. hered. de c. Guillem. Benedicti, pluribus, ad c. Raynautius, ad ver. mortuo itaque testatore, 2. de testa. nu. 127. & sequentibus, vique ad 154.**

¶ Vbi incipit notare nouem exceptiones, vq; ad nu. 144. in quibus est derogatum l. fin. de repud. herede. C. Primum, si agatur de hereditate matris, vel lineae maternae, cuius tantum repudiatio reuocatur intra annum, *per l. filii mater, ad Senatus. Teruill. P. Confert tamen cum l. 2. de in. §. fac. igno. C. 2. Si de filio emancipato quaestio: quia differentia potestatis tantum sublata in successionebus ab intestato, Bar. & alii in d. l. si. C. de repud. hered. improbat glo. l. 1. Ange. in §. emancipati, de hered. que ab intest. de se. 3. Vt non possit pater vel ascendens repudiationem successionebus sui filii vel nepotis reuocare, vt filii sui ascendentium: quia cessat ratio fuitatis, *gl. & Bald. in l. non iustam, C. ad Treb. Et ita non triennium, sed annus illis datur, in xtra d. l. filii mater, ad Terr. Bald. ad l. 2. de iur. §. facti, igno. 4. Nec filio suo datur reuocandi abstentionem facultas, si renuntiaisset suae legitimae ex testamento vel ab intestato competenti, vel querelae inefficaci, *ut in l. si quis filium, C. de inoff. testa. Et ita tenet Bal. Alex. in d. l. si. de repud. hered.* quia non est heres vniuersalis, qualem requirit repudiantem, l. fin. de repud. hered. C. sed particularis, similis legatario, qui legatum repudiatum petere non potest, nec reuocare repudiationem, *l. proinde, si cert. per. P. 5.* Non reuocatur repudiatio, quae inducitur ex lapsu temporis & prescriptione, *Bar. & Iustin. l. 2. de iur. §. facti, igno. C. 6.* Non reuocatur, si suo fuerit additus vulgaris substitutus, *gloss. Bald. Alex. in d. l. si. de rep. hered. C. 7.* Si pater filium suum instituerit sub conditione, si voluerit, post abstentionem expressam, reuocare illam non potest: quia per illam conditionem suspenditur fuitatis necessitas, *l. Cornelius, 69. §. l. iam dubitari, & ibi notat Imol. de hered. in ff. P. Octauo etiam loco, intelligenda est l. fina. de repud. hered. C. triennium tantum dari reuocationi repudiationis, quando repudiatio esset perfecta. Nam si illa ex alio capite rō substituit, vt puta quia erronea, & antequam delata hereditas facta est, vel alio modo inefficax est, poterit perpetuo reuocari, *l. is qui putat, cum l. seg. de acqu. her. P.* Et postremo, triennium reuocationis datur filio tantum suo, si post abstentionem superuiviat, non etiam***

si moriatur intra hæc tempus: quia non transmittit post repudiationem ius reuocandi ad heredes, Ange. Ioan. *mol. in l. ventre. eod.*
 15 Quamuis videatur officere: l. si quis filium, §. 1. de acq. her. ¶ Ceterum quæ gesta sunt ab eo qui bona fide gessit, vel per eius tutores, qui postea licite abstinent, rara habenda erunt, l. quoties pupillus, 4. 4. de acq. her. non etiam, si mala fide leg. pupillus, quæ in *fran. cred. P. l. non est nouum, & l. tutores. de cond. indob.*

16 ¶ Porro, rationes, cur perimitur repudiatio, colligi ex dictis in additione possunt, & ex effectibus repudiationis. Vt illa, ne quis ad onera teneatur hereditatis, quæ euitat repudiatio. Nam, vt ait Vlpianus, in *l. quia potest. q. ad Sena. Trib. P. opinio, vel metus, vel color eius, qui noluit adire hereditatem, inspicitur, nõ substantia hereditatis. Non enim prescribi in iustitio heredi debet, cur metus aut hereditatem adire, vel cur noluit: cum variæ sint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æri alieni cumulum, tametsi locuples videatur hereditas: quorundam offensas vel inuidiam, quorundam gratificari voluntatum iis, quibus relicta est hereditas, sine onere tamen suo. Et si cui videatur hereditas litibus inuoluta & negotiis, laudanda est illius voluntas, qui maluit rebus carere, quam sæpius pro illis litigare. Et verecunda eius cogitatio, qui lites exsecratur, vituperanda non est, l. 4. §. si. de alie.*

17 *iud. mut. cau. fac. P. l. illud, §. qui tamen, de pecul. P. ¶ Altera ratio, quod heredis institutio est veluti rogatio, vt hereditatem adeat, si velit heres institutus, vel is ad quem defertur a lege, l. Cornelius, & l. iam dubitari, de her. inst. P. l. verba, de cond. inst. P. Et ita si velit beneficium impartiat defuncto, cuius beneficium & utilitas aditio dicitur, l. §. quia defunctorum, de interro. at. Beneficia vero conferre, ab initio voluntatis magis est officii, quam necessitatis, l. in commodato, 17. §. sicut, commo. P. Et proinde debet heredi esse liberum adire vel repudiare. Quod si tu existimes, contra beneficium esse deferre alicui hereditatem, adhuc se offerat ratio, quod nos iuvari non decipi beneficio oporteat, d. l. in commodato, §. sicut, ca. vni. de commod. ap. Greg. Quare cum heres præuideat, vel arbitretur sibi fore damnosam additionem eius beneficium, recte antequam subiiciatur onibus, pedem inferre in bona se continere poterit.*

18 ¶ Præterea 3. inuito beneficium non datur, l. inuito, 69. de reg. iur. P. l. hoc iure, §. non potest, de don. Et inuito nemini bonorum possessio acquiritur, l. 3. inuito, de bon. poss. l. 37. P. tit. 1. Licetumque cuique est, renuntiare priuilegio & beneficio in sui solius utilitate & commodum iatroducto, leg. si quis in conscribendo, C. de past. & de episc. & cler. c. gesta, §. 4. dist. ¶ Sunt & postremo contractus ab initio liberi, vt contractus facti sunt necessarii, i. sicut, de act. C. d. l. in commodato, §. si. ut. Contrahere vero cum defuncto videtur heredes, si adeat hereditatem: & ita obstringitur creditoribus & legataris hereditatis. L. heres quoque, de oblig. a. quæ ex quasi contr. Itaque liberum erit heredi repudiare, & non obligati.

De Petitione hereditatis. Cap. 7.

Lib. 3. Tit. 3. Lib. 3. C. tit. 31.

- 1 Continuatio tit. De petitione hereditatis, & quando illa detur.
- 2 Petitione hereditatis, actio qua fit, & 3.
- 4 Petitionis hereditatis finitio, & distinctio, & alia, nu. 7.
- 5 Possessoria bonorum petitio qua, & quibus detur.
- 6 Fideicommissaria hereditatis petitio qua sit, & cui detur.
- 8 Petitione hereditatis quid intendat recipere actor, contra quos experiat, & nu. 9. 11. 12.
- 10 pro Herede quis dicatur Possidere.
- 13 Hereditas & res hereditaria coram quo iudice peti debeat, & formula petendi & interrogando in iure, & nu. 1. 4.
- 15 Inofficiosi testamenti querela contra heredes, est petitio hereditatis.
- 16 Petitione hereditatis pendente, quomodo quiescunt iudicia legatorum vel debitorum particularia.
- 17 Libellus petitionis hereditatis quid debeat continere.
- 18 Petitio totius hereditatis in quo differat a petitione partis.
- 19 Petitio hereditatis quibus detur, quo tempore prescribitur, & effectus, nu. 20. & 21.
- 22 Fructus qui veniunt in petitione hereditatis, restituendi, & 22.
- 23 Petitione hereditatis qua veniunt restituenda, & eius effectus, & nu. 24. & 25.
- 26 Hereditatis restitutio habet priorem rationem gestorum.
- 27 Hereditatis petitionis concessiones.

1 Postquam ¶ constare potest de iure succedendi, vel ex testamento vel ab intestato, & leg. legitimam hereditatem, de petit.

hered. P. per ea quæ iam explicauimus: superest, vt hoc ius, vel res quæ iuris huius hereditatis sunt, & ab alio detinentur, legitimis modis consequamur, vel adita verbo, vel facta hereditate. Idcirco perueniendum est ad actiones, quia actio est ius persequendi in iudicio quod nobis debetur, l. nihil aliud, §. 1. de oblig. P. §. 1. de act. ap. Iustin. & interdicitur leges, ne vel nostra ab alio detenta propria auctoritate repetamus, ni velimus incidere in pœnas de vi priuata, & iure nostro priuari, l. ex fidei, de eo quod met. cau. P. l. pen. & si, ad leg. Iul. de vi pri. P. l. 1. de fuffra. C. cum siml. Consultatione itaque præcedente, qua cognurum est nobis, hereditatē ad nos pertinere, ad eundem est iudex, & eius ductu & auspiciis petenda hereditas. Eaque ratione veluti per ancephalos, qui Pandectarum libros ex Iurisconsultis collegerunt, in titu. De petitione hereditatis, in l. 1. 2. 3. priusquam tractent de petitione hereditatis, recensent quibus modis hereditas ad nos pertinere dicitur. ¶ Hanc actionem, dicimus petitionem. In rem enim actiones, petitionis verbo significari videntur, leg. pecunia verbum, 178. P. actionis verbum, de ver. sig. Et quamuis actionis verbum sit generale, pertinens ad omnes actiones in personam, petitiones in rem, & perfectiones, d. §. actionis verbum, 36. de oblig. P. tamen vt plerumque & stricte, actio in personam inferitur, petitio in rem, perfectio in rem & in personam rei persequendæ gratia, l. actio in personam, 27. de act. in rem. P. Dicitur & actio in rem, vindicatio: & quæ in personam, condictio. Actio in rem est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus; & semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis, ad faciendum aliquid vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet, l. actionum genera, 2. 4. de actio. §. omnium autē actionum, & §. appellamus, de ad. in rem. Ex quibus componitur aliud genus actionis mixtæ, quæ & in rem & in personam est, §. quadam actiones, 60. Et petitio hereditatis, et in rem sit, habet tamen quaedam actiones personales, vt pura eorum, quæ ad debitoribus sunt exacta, item petitione, vt ait Vlpianus, in l. sed & si lege, 28. §. petitio hereditatis, de petit. her. P. Inter actiones, quæ de vniuersitate propositione sunt, & petitio hereditatis connumeratur, l. item videndum, §. fin. & l. seq. de pet. hered. l. 1. in iuncta gl. 1. de rei vindic. P.

¶ Petitio enim vniuersitas quædam bonorum, hereditatis nomine: quia & ea est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, l. hereditas, de reg. iur. P. l. nihil aliud, de ver. sig. P. Est & bona fidei, in l. cum hereditas, 12. §. fin. C. de petit. hered.

¶ Petitio hereditatis itaque, est actio in rem vniuersalis & bona fidei, pro repetenda hereditate rebusque eius, successori competens. Et quia hæc actio hereditatis delatæ naturam sequitur, non fecus quam aliæ actiones obligationem a qua proficiunt, quæ hereditas, vel iure ciuili, vel a prætoribus, vel a lege quadam speciali & Senatufconsultis defertur, l. 1. 2. 3. eo. P. sic petitio hereditatis aliquas distinctiones habet, diuersaque nomina accipit, vt alia dicatur hereditum directe succedentium, alia eorum qui per obliquum. Duæ sunt primi generis, vna, quæ & proprie petitio hereditatis dicitur, quando iure ciuile competitus agendi pro hereditate delata ab intestato, vel ex testamento, & tot. tit. de petit. her. P. & C.

¶ Alia autem, est successiois petitio prætoriam, quæ auctoritate magistratus datur. Bonorum possessionis nomine, possessoria bonorum petitio dicta, dum facit prætor quasi heredes per bonorum possessionem, l. 1. de poss. bon. petit. lib. 5. P. tit. 3. quos autem, de bon. poss. ap. Iust. l. prætor, de reg. iur. & imitatus ius ciuile, iuuatque eos qui remedio ciuili in petitione successiois destituti erant, quos tamen succedere æquum visum est. Et proinde, tantundem iusti bonorum possessores per magistratum consequuntur, quantum per actorem ciuilem, qui succedebant ex aliqua lege, Senatufconsulto, vel constitutione principum, iure ciuili directo, l. 2. de poss. bon. petit. P. l. 2. de bon. poss. P. Quocirca actiones quas mouet bonorum possessor pro hereditate consequenda, nõ prætoriarum quidem ideo sunt, sed ciuiles, vt ex emto, & similes. Etenim prætor, non actiones dat, sed dando facultatem succedendi, actiones, quæ petitioni hereditatis competunt, communicat: & veluti ad eos quos facit quasi heredes, prorogat gloss. 2. ad d. l. 2. de poss. bon. petit. P.

¶ Per obliquum petitio hereditatis, fit ab herede substituto per fideicommissum. Est et actio quæ proponitur iis, quibus restituta est hereditas ex Senatufconsulto Trebelliano. Nam quisquis sit is, qui suscepit restitutam hereditatem ex Senatuf. Trebelliano, ex quo actiones transeunt, fideicommissaria hereditatis petitione uti poterit, l. 1. de fidei. hered. petit. lib. 5. P. tit. 6. quæ actio eadem

7 eadem recipit, quæ hereditatis petitio civilis, l. 1. eod. ¶ Potest & diuidi commodius ex his petitione hereditatis, vt alia sit directa, alia vtilis. Directa est, quæ datur ex verbis & mente legis succedenti directo, per legem aut Senatufconsultum proprio vel alieno nomine, ex testamento vel ab intestato, in l. 1. 2. 3. de pet. her. P. A. 70 in sum. ut de pet. her. C. Vtilis est illa, quæ ex mente legis datur, & non expressis verbis: qualis, gloss. in l. 1. de poss. bon. pet. P. possessoria, & fideicommissaria. Alio modo etiam, quæ ex iure ciuili est, dici potest directa & vtilis: vt directa sit, quæ datur contra eum qui pro possessore possidet. Alia vtilis, quæ datur contra eum qui a possessore rem habet, l. etiam si putatis, 15. §. quid si quis, §. si quis sciens, & §. item si quis, §. apud Marcellum, de pet. her. P.

8 ¶ Per hanc actionem, heres petit sibi restitui vel dari hereditatem tanquam ad se pertinentem, & consequenter omnia & singula, quæ hereditatis sunt, iura, corpora & singulares res, l. heres in omne ius, 37. de acq. her. P. & l. pecunie, 17. §. hereditas, de ver. sig. hereditas, 50. & l. item videndum, 18. §. si de pet. her. P. Sic enim Vlpian. & Caius his verbis explicant, Vlp. in l. regulariter, 8. & Caius in l. licet, 10. eod. Regulariter desinendum est, cum tenet petitione hereditatis, qui vel ius pro herede, vel pro possessore possidet: vel re hereditariam, licet minimam. Itaque qui vel ex iure vel ex parte heredis est, intendit quidem hereditatem suam esse totam, vel pro parte: sed hoc solum officio iudicis restituitur, quod aduersarius possidet, aut totum si ex iure sit heres, aut pro parte ex qua heres est. Addit Vlpian. l. item videndum, 18. §. si eod. Et placuit vniuersas res hereditarias in hoc iudicio venire si iura, siue corpora sint. Subiicit Paulus, l. §. non tantum, 19. eod. Non tantum hereditaria corpora, sed etiam que non sunt hereditaria, quorum tamen periculum ad heredem pertinet: vt respiciuntur date defuncto, vel commodata, depositæ. Et quid rei pignori date specialis petitio est. Item res, pro quibus actio competebat defuncto, & quodcumque restitui potest, d. l. §. non tantum, §. veniunt. Et ideo non veniunt feruitutes, d. l. §. non tantum, §. feruitutes. Veniunt & emta necessario nomine hereditatis, non si emta sint non necessario, l. item veniunt, eod. Item pretium venditorum necessario, l. item veniunt, §. simili modo, eod. Et augmenta hereditatis, quæ a tempore mortis accesserint, fructus, partus ancillarum, & alia, d. l. item veniunt, §. item non solum, & §. fructus, & §. si in rem, eod. & §. si hereditas, de off. iud. apud Just. lib. 4. tit. 17. Item, quia hoc est iudicium vniuersale, veniunt in illud & ea, quæ post litera contestatam cepit reus ex hereditate possidere, l. 4. de pet. her. P.

9 ¶ Pro litis vero hereditatis repetendis, datur actio contra quæcumque detinentem, l. si scripti, 9. eod. C. nomine seu titulo vero, vel falso heredis, siue totam hereditatem, siue partem possideat, l. 2. C. siue minimam eius rem, qua tamen præstita ab hac petitione liberabitur, in l. regulariter, 9. & l. licet, 10. eod. P. nisi alias possidere cœperit, l. 4. eod. P. Datur & aduersus non possidentem, qui tamen deserit dolo possidere, in l. nec vllam, 13. §. si autem, l. etiam si is, §. item si quis, & l. sed si lego, §. perinde, eod. & quando possessor litis restitutionem non præstat, leg. Syechum aut Pamphilum, 65. §. dolo fecisti, de solut. P. Et ita conuenitur qui possidet petendum, vel pro herede, vel pro possessore, d. l. regulariter, & l. hereditatis, de pet. her. C. ¶ Pro herede possidet, qui putat se heredem, & est, ut in l. 1. de iur. iur. pro her. P. & C. l. pro herede, de acq. her. P. Et huic tantum est decreta actio hereditatis petitio. Item is pro herede possidet, qui nomine heredis, aut ei non sibi possidet, qualis est procurator heredis, l. etiam, 15. §. si quis absentis, de pet. her. P. Et tertio loco, pro herede dicitur possidere is, qui se putat heredem esse, & tamen non est, sed eo titulo ficto vtriusque possessionem, vt in eum verus heres possit experiri, l. pro herede, 11. eod. Pro possessore vero possidet prado, qui sine titulo rem detinet hereditatis vel alienam, d. l. pro herede, §. si. ¶ Qui enim interrogatus cur possideat, responditur sit, quia possideo, nec contendit se heredem vel per mendaciam, vel vllam aliam causam possessionis possit dicere. Et ideo far & raptor, petitione hereditatis tenentur, l. qui interrogatus, 12. & l. nec vllam, 13. eod. Et in summa, si titulus quo quis possidet, pro non titulo habet, is qui ita possidet, pro possessore possidere dicitur, exempla in d. l. nec vllam, §. omnibus, & sequens, & l. etiam is, §. si quis absentis nomine, §. si quis sciens, §. apud Marcellum, §. heredem, §. non solum, eod. P. Sed & Vlpianus refert, Neratium libro 6. membranatum scripsisse, ab herede petiti posse hereditatem, etiam si ignorat pro herede vel pro possessore defunctum possedisse, etiam si putauit heres eas res ex hereditate esse, quæ sibi delata est, Vlp. in l. Neratius, 14. §. lictus, 15. eod. At quædam titulo rato quis possidet, puta emtionis, donacionis, rei vindicatione quidem, nisi obter præscriptio, conueniri ab herede

poterit, sed non petitione hereditatis, quæ longo tempore non præscribitur, l. prædonis, eod. ¶ Contra euentem bona fide, vela ficto, vel ab alio, datur vtilis petitio, & aduersus legis titulo vero possidentes, l. hereditatem quidem, 4. in quib. cau. cess. long. rem. præf. l. 7. C. tit. 34. leg. hereditatis, 7. C. de pet. her. Sed & is, qui non possidet, si tanquam possessor liti se obtulit, cum actor eum possidere putaret, hoc iudicio petitionis hereditatis est condemnandus, veluti ex clausula doli, d. l. etiam, §. si quis sciens, & seq. Si feruus vel filius familias res hereditarias teneat, a patre dominove hereditatis peti possunt, si facultatem restituendam rerum habet, & si dominus pretium rerum hereditariarum venditarum in peculio habet, d. l. etiam, §. non solum, & l. qui se lit, 48. de pet. her. P. l. pen. de dol. P. l. is qui se, 26. de rei vind. P. Competit & ciuili vel honorario iure factis heredibus, contra scriptos & alios heredes, qui reputauerint hereditatem, l. filii familias, 37. §. fin. & l. idem Iulianus, 38. l. si a domino, de pet. her. P. facit l. locum, §. si penes, de tabul. exhib. P. l. quom. admodum, §. l. eo. Fideicommissaria tamè hereditatis petitio non datur aduersus restituentem hereditatem, l. si scripti heredes, 9. C. de pet. her. Qui alterius etiam hereditatem administrat procuratorio nomine, petitione hereditatis non tenetur, nisi heres eius, cuius possessionem administrat, extiterit: vt colligitur ex Pauli responsio, in l. cum multi heredes, 9. si pars hered. petat. P. Verumtamen procurator possidentis conueniri poterit, negotiorum gestorum nomine, vt ait Papin. in l. cum heredis, 10. eod. tit. ¶ Forma experiendi, vt primum in ius vocetur possessor rerum hereditariarum: olim perro vocabatur ad centumvirale iudicium, vt in l. si. C. de pet. her. hodie tamen, cum ex vna centumvirum abierint, vocatur ceram iudice ordinario rei competente, penes quem iurisdicatio est. Sequimur & l. vni, vbi de hered. agi oport. l. 3. C. tit. 20. l. si scriptum, 11. C. de probatio. Subinde qui in ius vocat detinentem, petit in iure interrogari, quomodo possidet, an pro herede, an pro possessore: cogitur enim vocatus ad id respondere, l. 3. de fidei. her. pet. P. Si respondeat se possidere pro herede, contendendum est quis sit heres, quod si dicat se non possidere pro herede, dicere debet quomodo ergo possideat. ¶ Si nolit dicere titulum, iatis intelligis pro possessore eum possidere: si dicat titulum, vt ex emtionem, donationem, &c. & probet, de valore tituli actione contenditur. Si non doceat, petitione hereditatis res agitur, tanquam si pro possessore respondisset se possidere. Et ita docet glan. l. qui interrogatus, 12. de pet. her. in P. hicque agitur exceptio ab eo, qui possidet & interpellatur, num petens sit heres, quo non probante, etiam si possidens de suo iure non doceat, obinet & excludit petitorum. Atque res alienas possidens, licet iustam tenendi causam non habeat, non nisi suam intentionem implenti restituere cogitur, l. cogi possessorem, 11. C. de pet. her. ante lit. contest. l. qui interrogatur, de inter. act. P. ¶ Hæcque concilietur quæstio in officio testamenti, quæ ab aditione hereditatis pendet, l. si. C. de rei vin. l. qui accusare, C. de edend. §. commodum, de inter. leg. ex lit. a. decretum, de iure sis. P. l. si quidem, C. de except. l. 2. C. de prob. l. negantes, de acti. P. l. cogi, C. de pet. her. cum simil. l. Pappianus, §. si conditio parere, de inoff. test. P. cuius controuersia intra quinquennium a tempore aditionis mouenda necessario est, l. l. l. d. §. sciendum, de inoff. test. a. C. & perinde contra heredes mouetur ac si pro herede aut pro possessore possiderent, l. 1. C. eo. Sed de in officio querela, suo loco alibi a nobis dictum est. ¶ Agitur & in hac contentione petitione hereditatis, quæstio validi vel inualidi testamenti, vel tituli quo quis succedere, vel successisse se dicit, qua tamen pendente controuersia, iudicia particularia, per quæ fieret præiudicium petitioni hereditatis, quæscunt, leg. si quis libertatem, 7. de pet. her. P. & si agatur de falso testamento, petitio legatorum suspen ditur, l. si testamentum, §. eo. in xtra tamen l. si is a quo, ut in poss. legat. P. Et generaliter, dum de petitione hereditatis contenditur, legatarii non possunt petere legata ab scripto herede, nisi præstita illi cautione: quamuis creditores hereditarii, ab herede vel a possessore sine cautione petere & capere possint, in l. fin. C. de pet. her. ¶ Partes libelli iuris petitionis sunt, vt actor dicat se heredem esse, vel institutum, vel ab intestato, talis, & eius se hereditatem agnouisse, vel animo adidisse. Et quamuis ratione eius successiois adita, verus dominus rerum & bonorum defuncti sit, nihilominus aduersarius tales res possidet indebite & præter ius. Et proinde petit, sententia iudicis se declarari verum heredem prædicti defuncti, & hereditatem eius ad se pertinere, vt aduersarius cogatur res indebite detentas & occupatas hereditatis restituere, cum fructibus, accessionibus & expensis, vide præces Ferrariensis, & Petri Jac.



18 ¶ Quod obseruatur & in petitione totius hereditatis, & in petitione partis, *l. que de tota, 76. de rei vind. P. l. 1. si pars here. peti. l. b. 5. P. tit. 4.* differentia in aliquibus constituta, petissimum in quaestione, quando & aduersus quos agere debent heredes qui petunt. Nam si petunt plures heredes, & plures sint possessores: coheredes, non a singulis, sed omnes ab omnibus petere debent, *d. l. 1. §. quimmo, eo.* Et si petatur pars tanquam ab herede, non hac actione, sed familiaris circumsundae iudicio petendum est, *d. l. 1. §. proinde, & l. non possumus, 7. eo.* Et si cum coherede possideat extraneus tantum conueniendus est petitione hereditatis, *d. l. 1. §. si ego, & si item si cum.* Atque in hac partis petitione, ratio habetur eorum, qui sperantur admitti ad partem, *d. l. 1. §. si. & l. 2. §. 3. 4. 5. eo.* Et potest etiam conueniendus esse possessor, partem possessarum rerum libere cedere, pro altera autem potest litigare, *l. permittendum, 8. eo. l. quidam, de re. ore. & si corr. per. P. ¶* Datur porro haec petitio hereditatis eis, qui intendunt se esse heredes, *l. legitimam, 8. eo. P. l. scripti, 9. C. eo.* seruato ordine succedendi: ut primum scriptis & testamentariis, & iis locum non habentibus, legitimis ab intestato, *l. si debitor, 45. de per. here.* Nec vteur petitione hereditatis, qui se heredem non contendat, in *l. ei qui partes, 57. eod. l. emtor, C. de hered. vel act. vend. tit. de fideic. here. peti.* Agetur istaque petitione vtili, ut & qui emit hereditatem a filio, & is cui ex senatusconsulto Trebelliano relictita est hereditas, *l. 1. §. si qui totam, si pars here. peti. P.* Et in summa, qui totam vel partem hereditatis petit, ius non ex eo metitur, quod possessor occupauit, sed ex suo iure, *l. hereditatis, 7. de petit. her. l. hered. in quibus causis, cess. lon. temp. pres. C. l. licet, C. de iure deli.* Quare petitio hereditatis competit maxime ex iure aetoris, quia successores ab intestato, vel ex testamento, quamuis & ex facto rei conueni, consideretur quoque, ut quia rem hereditariam possidet, vel quia dolo desit possidere: ut diximus.

20 ¶ Sed videndum antequam detur, num praescriptionis exceptione ab agendo submouetur. Non enim viuunt agendi facultas petitionis hereditatis, ultra 30. annos: minori enim spatio non excluditur: quia partim personalis, partim realis est, *l. cum autem, §. si. & l. §. de ad. ed. Si* agatur tamen de suis, & sexaginta annos requiritur in peremptione petitionis, diximus in c. de aduenda & repudianda hereditate, & de iure deliberandi.

21 ¶ Effectus istius petitionis sunt, declaratio facta per iudicem, heredem esse vincentem, vel non esse. Et si sit, res hereditariae ad illum pertinere, restituere ab aliis possessas debere, cum fructibus & accessionibus. In fructibus tamen & accessionibus distinguitur, inter bonae fidei & male fidei possessorem condemnatos. Et glossa quidem singularis est in litem ventunt, 2. 2. §. fructus, ad verbum, omnes de petitio. hered. quae asserit falsam esse sententiam eorum, qui dicunt bonae fidei possessorem victum possessionis hereditatis non facere fructus suos: putat enim suos facere. Sed quamuis faciat suos, nihilominus restituendos per hanc actionem. Et peti iure actionis per rei vindicationem, ut in rehditoria responsum, *d. litem veniunt, §. item non solum, & §. fructus, & l. cum here, 59. l. sed & l. lege, 28. §. si. l. quod si non, 29. & l. ancillarum, 30. de petit. hered. P.* Ego certe non immorabor in istis inutilibus quaestionibus, sed dicam cum Iuriscosulto, augmento hereditatis venire in hereditatis petitionem, si quidem ex ipsa hereditate accedunt, non quae extrinsecus: quia ea personae possessoris accedunt. Et fructus augere hereditatem, siue ante, siue post aditam hereditatem accesserint: videlicet si eos possideat, & locupletior ex illis ita factus sit, *l. 1. C. eo. tit. §. si heredi, de offi. iudi.* Consumtos autem nec exstantes, non restituit, *l. illud, 43. de petit. her. P. l. 1. §. fin. & l. 1. C. eo. d. l. fructus, 34. & l. ceterum, 32. de rei vind. l. certum est,*

22 ¶ At male fidei possessor, qui sine titulo possedit, vel qui post litem contestatam suum titulum sufficientem non potuit ostendere, a tempore male fidei, & litem contestatae, de perceptis & conueniendis, & de percipiendis, id est, qui per alium percipi potuissent, tenetur. Post petitam hereditatem, quilibet possessor contestatus litem, incipit esse male fidei, vel ex quo scire potuit & denunciatum ei fuit, *litem veniunt, 2. 2. §. petitam, eo. P. l. 1. C. de iis quibus ut indig. ¶* Ceterum, ut plenius intelligas quae restituenda sunt per iudicium huius actionis, lege integram Senatusconsultum, sub Adriano factum, & eius explicationem, in litem veniunt, 2. 2. §. praeter haec, cum §. §. seq. & legibus usque ad l. Si a domino, quae est 39. de petit. hered. P. hoc autem senatusconsultum primum fauore factum erat, sed Imperator Aelius Antoninus, ad priuatos hereditatis petitores traduci praecipit, in l. de petit. here. C. Vide & de his possessoris bonae & male fidei praestationibus Alexandrum, in l. si marito, solut. matrim. P. ¶ Effectus autem

instituta & proposita actio petitionis hereditatis, ne possessor hereditatis, de qua controuersia erat, antequam litem incoaretur ex ea possit distrahere, nisi maluerit pro omni quantitate hereditatis, vel pro aetimatione rerum eius satisficere, aut nisi praetor causa cognita permittat diminutionem: veluti funeris, usufructum, vel pignorum liberandorum causa, *l. ditius Pius, §. de petit. hered. 4. ¶* Sed & per hanc non tantum prospicitur petitori obtinendi, sed etiam possessori succumbenti in debitis solutis creditoribus, iuxta l. si quid possessor, 34. cum suis §. §. de petitio. hered. *l. de hereditate, 5. C. eo.* habetur & ratio impensarum vtiliter, vel necessario factarum, *l. herei furiosi, 54. eo. P.* siue agatur de bonae fidei possessore, siue de praedone, *l. plane, 41. l. si a domino, 39. §. fructus, eod.* Ne petitor aliena cum iactura locupletetur, *l. nam hoc natura, de condi. indeb. P. l. iure natura, de re iur. P.* Vtiles quae sunt & necessariae in petitione hereditatis considerandae, docet Caius, in l. vtilis, 42. de petitio. hered. P. quae in rei vindicatione, in fundo, de rei vindic. P. quae in alio, l. 3. §. nes generaliter, de impen. in reb. dor. facta. P. l. impensa, 79. de verbo. signific. P. Verum tamen hoc interest inter bonae fidei possessorem & praedonem, in causa impensarum. Quod bonae fidei quidem possessor omnino impensas deducat, licet res non exstent in quas fecit: sicut tutor & curator cofequitur. Praedo vero non aliter, quam si res melior sit, *d. l. plane, Nam* praedoni probe dicitur, non debuisset in alienam rem perpetuam impensas facere: ut tamen potestas ei fiat tollendorum, quae sine detrimento ipsius rei telli possunt, *d. l. vtilis, de petit. her. P.* Habetur & ratio summi factorum a possessore in mortui infirmitatem, & sanus ex suo proprio patrimonio, si que compensatio, *l. in restituenda, 4. C. eo. ¶* Et in summa, damnatus restituere possessam hereditatem, eam restituere non compellitur, nisi pro omnibus quae rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisficiat, rationibus inter petitorem & possessorem prius contractis, *l. si. §. fin. autem ex contractibus, C. eod.* Et ideo, si postquam legatum petitor a possessore accepit, vicent hac actione, legatum tenetur ei restituere, *l. postquam legatum, 46. & l. cum is, 47. eo. P.* & si legata vel alia soluta reddat, tanquam heres, habet ius retentionis, donec pro illis a victore satisfiat, *l. quod si possessor, 19. de petit. here. P.* Et quemadmodum possessor eui acta hereditate tenetur restituere, & actiones si quas nactus fuerit: ita etiam illi petitor cauere debet de eo quod abest: ut si possessor cauerit damni infecti, *l. illud quod, 43. §. actiones, eod. ¶* Rationes introductae actionis petitionis hereditatis, possunt esse illae generales, quae pro omnibus actionibus adferuntur, nempe, ut iure & per iudicem quisque sua repetat, non propria auctoritate, *ex l. ex stat. quod me cau. l. pen. & fin. ad leg. Iulii, de vi priuati, P. l. 1. C. de suffrag. neve iudex permittat ad arma venire, quos potest sua iurisdictione compescere, l. a quissimum, de usufruct. l. nullus, C. de iuda. Et* ne possessores rerum alienarum locupletentur cum alterius iniuria, *l. locupletari, de re iur. in 6. l. nam hoc natura, de condi. indeb. P. l. iure natura, de reg. iur. P.* Adest & fauor institutionis, quia ita suprema hominum iudicia fortuantur effectum. Quod etiam fieri publice interest, *l. vel negare, quemadmodum test. ape. P.* Item cauetur iudicio petitionis hereditatis, ne hereditas ad alios quam ad legitimos perueniat successores: ne ad alienas familias bona usurpata perueniant. Et ita ne maiori splendor vel extinguatur vel conspurcetur.

De Collatione Bonorum. Cap. 8.

Lib. 37. P. tit. 6. Lib. 6. C. tit. 20.

- 1 Collatio bonorum aequitas.
- 2 Conferre quid.
- 3 Collatio in successibus quid: & eius diuisio, nu. 4.
- 4 Quae conferantur: & nu. seq. & emancipatus quae conferat hodie.
- 5 Pecuniam castrense vel quasi non conferuntur.
- 6 in filium impensa, tam si uxororum causa, quam dignitatis & librorum: num conferantur: & rationes, nu. 8. & 9.
- 10 Conferuntur, quae in Legitimam imputantur.
- 11 Professitia bona, quod per se in ad collationem, quae dicantur.
- 12 Collatio praefectorum in quibus rebus cessat.
- 13 Remuneratoria donationes quare non conferantur, & quales esse debeant eam ob rem.
- 14 quae Donationes in filiosum, per patrem facta conferantur.
- 15 Illud, C. De collatio. explicatio.
- 16 Donatio causa mortis cur non conferatur.
- 17 Fructus percepti ex donationibus, quae morte patris confirmantur, conferuntur.
- 18 Officiis omni per patrem filio fructus, num conferri debeant.

19 Lucretium

- 19 *Lucrum ex pecunia paterna acquisitum per filium, num conferri debeat.*
 20 *Utrum an conferenda sint provenientes ex pecunia patris.*
 21 *Dos qua sita per filium fam. vel donatio propter nuptias per filiam, non conferuntur.*
 22 *in Collationem non veniunt, qua filiis quaruntur post mortem patris.*
 23 *Conferre quantum debebat olim emancipatus.*
 24 *Conferre qui teneantur successuri.*
 25 *Emancipati quando & quomodo conferant suis, & contra quomodo emancipatis sui.*
 26 *Conferendi potestas transit in heredes.*
 27 *Conferendi forma, re seu facto, & cautione.*
 28 *Collatio in qua successione locum habeat.*
 29 *Filia, qua post renuntiationem dote accepta bonorum vult succedere patri, debet conferre.*
 30 *Collationis finis, est aequalitas.*
 31 *Collationis inducendarationes.*

EX variis \dagger succedendi formulis, concurrentibus heredibus, dum in petitione hereditatis obtinuerunt, pro distinguenda cuique parte, proque ea suscipienda sine iniuria alterutrius, ad collationem bonorum perveniendum: potissimum olim, ubi filius qui in potestate est aliquo iocundo affectus est, interuentu emancipati, l. i. §. totius, de collat. bono. P.

\dagger Conferre generali sua significatione, vnde & collatio, nihil aliud est, quam in vno loco ex diuersis ferre, congerere: vnde prodierunt appellationes munificentiae, collatio beneficiorum in iure pontificio: & alia, conferre signa, manus, & similia. Conferreque dicimus Gallice, *mettre en vn.* vt conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis aut motibus animi, in vnum veniunt locum, & in vnam concordant sententiam, l. i. §. conuentionis, de pact. P. Quare hoc genus debet secundum res quae conferuntur, vel secundum negotia, ob quae conueniunt vel conferuntur restringi, c. intelligencia, de verb. sig. \dagger Collatio itaque, quando agimus de successione bonorum, de finietur, vt sit bonorum propriorum cuiusdam generis, cum hereditatis facta inter succedentes proportionibus distinguendis vna consideratio, colligitur ex l. 2. de coll. bono. P. ex l. filia, de collat. C. Dico considerationem tanquam vnius corporis esse collationem, ex bonis propriis & hereditariis: non enim dico communicationem, quia aliquando in collatione bona propria, quae quis habet aliunde quam ex hereditate, non communicantur, sed per retentionem remanent penes possidentem: qui tamen ea confert, sed minus accipiendo ea retinet, l. dotis, C. de d. Et inter dum sine communicatione, liberando, vel cauendo patrem conficit, & contribuit collationi, l. 2. §. emancipati, C. eod. Quae adfert successurarius, ea dicitur conferri: illa autem quae hereditaria sunt, non conferri, sed diuidi dicuntur, l. filia licet, l. i. eod. C. \dagger Collationis olim vna erat species, quia tantum olim emancipati conferebant suis, cum quibus succedere volebant, & non sui emancipatis. Hodie vtique fit, & ita alia est, quam conferant sui emancipatis, alia quae suorum emancipatorum posterit dicit. \dagger Facienda collatio de propriis eius qui succedere vult, cum bonis hereditariis. Nam aliena non conferuntur, quamuis sint penes conferentem, sed propria, l. i. §. l. 2. §. illud, §. l. 3. §. emancipati, de collat. bono. P. Et ideo fit deductio eius alieni a bonis conferentium, §. illud, §. l. ea de m. C. de collat. Cum bona etiam tantum dicantur, deducto a re alieno, l. sub signatum, §. bona, de verb. sig. P. Antiquius iure Pandectarum, omnia bona propria tam aduentitia quam profectitia, nisi a iqua speciali lege exciperentur: emancipatus conferebat suo, cum quo in bonis paternis succedere desiderabat, in d. l. i. §. 2. ubi, bona sua omnia, de collat. bono. P. Hodie tamen confert tantum profectitia, l. fin. C. de collat. Ratioque diuersitatis vtriusque iuris, quia antiquo iure nihil sibi quae rebat filius familias, sed omnia patri, l. placet de acq. her. P. Emancipatus vero acquirebat sibi. Quare cum & sua opera auget bona patris filius in potestate constitutus, æquum vltim fuit, vt qui pedente tempore sibi quae fuisset emancipatus, si vellet bonorum paternorum fieri particeps, filio suo sua conferret. Ne incommodo aliquo afficeretur qui erat in potestate, interuentu emancipati, l. i. in princ. §. toties & l. si filius, de collat. bono. P. Hodie autem nec filius sui, quærit ex integro patri aduentitia, nisi quoad vsum fructum. Et cum emancipati & sui differentia in acquisitione, sit tantum in profectitiis quæ patri suus quærit, l. cum non solum, de bon. qua. lib. C. non autem emancipatus: ideo hæc profectitia emancipatus tantum, in quibus potest esse in æqualitas, quod

pertinet ad bona paterna, confert. \dagger Non conferuntur autem vtroque iure, quæ præcipua remanent etiam in potestate patris existenti, quamuis ea perveniunt ad emancipatum, l. si fratres, §. 3. §. idem Papinianus, pro soc. P. quale est peculium castrense vel quasi castrense, l. i. §. nec castrense de collat. bono. P. l. si. C. eod. & alia quæ studiorum causa sine reputatione a patre in emancipatum elargita erant, si non animo reputandi concedantur, l. que pater, fam. eris. P.

\dagger Scio tamen disputatum, num libri, & similia quæ studio rum causa filio fam. vel emancipato data, castrensis sunt, conferantur, Bart. in l. i. §. nec castrense, de collat. bono. P. Idem & Cyn. in l. filia, C. de collat. Nicol. de Mater. in l. si donatio, C. eod. & num peculii castrensis vel quasi censentur. Et quidem, quando libri imputentur in legitimam alibi dictum est. De collatione tamen superest quaestio. Pro qua, dico breuiter, expensa in filium studiorum causa per patrem sine protestatione repetendi, & quæ consumpta sunt bona fide studendo, & in ea causa per filium, non venire in collationem, sed propria esse filiorum, per l. que pater, §. si. fam. i. eris. P. l. Nec enim, de nego. gest. l. si. de peti. hered. aurb. ex testamento, de coll. C. Bart. in l. nec castrense, de coll. bono. Quod si metricibus, vel ludis, quæ studiorum causa data erant, filius consumserit, cessante causa studii, privilegium illi denegatur, Bart. in aurb. quod locum, C. de collat. Petr. de Bella perissa, in l. pactum quod, C. eod. & imputare sibi & conferre tenetur, tanquam qui perdidit culpa sua & dolo, arg. l. i. §. conferretur, §. l. 2. §. de illis, de collat. bono. Et quod non impendit pecunias in re ob quam data erant, & causa non secuta, l. pen. §. si. de dona. C. §. tot. rit. de cond. ob caus. C. §. tit. de cond. caus. si. de dona. C. §. non se quoniam, P. Studiorum causa hic cessat, quæ privilegia multa habet, & quæ faciat liberos data a patre sibi non imputare nec conferre. Facit enim in primis, quod officii paterni munus præcipuum sit, instituire liberos & nutrire, animaque potior est corpore, l. sancimus, de sac. eccl. C. Et quemadmodum iure naturali tenetur qui generavit nutrire alimentis corporalibus generatos, l. i. §. si. de inst. §. i. P. §. i. de iure natur. & conseruare: ita & animum eorundem debet bonis præceptis imbueret: & si ipse non possit vel nesciat, æquum est vt suis expensis ab aliis fieri procurat. Deinde laboriosum certe opus est studium literarum, prudentiae atque virtutis disciplina, & ob ea multa pericula subeunda in peruagandis prouinciis, multisque iniuriis exposita discentium, vt suos aliquando docere possint, peregrinatio: vt miseratione saltem, si non remuneratione, studiorum labor dignus sit, aurb. habita, C. ne fil. pro pat.

\dagger Et ideo collatio eius gratia impensæ non exigitur. Quemadmodum nec eius quod indigna est filii impensum est, quæ onus habet, l. i. §. sed an id quod, de collat. l. fin. de peti. hered. P. l. si vni ex heredibus, §. idem scribit, fam. i. eris. C. quæ nihil commo. d. ad successores mortuo filio transmittit, l. omnimodo, §. imputari, de inoffic. testam. C. Fiunt impensæ virtutis causa, vnde commo. d. inæstimabile oritur, cum in libros impenduntur, l. pen. ad exhib. P. Et in hæc causam studiorum, pecuniarum mutuo datae filio familiaris, repeti possunt per creditores a patre, tanquam in rem patris vertæ, l. Macedoniani, ad Senat. C. Maced. C.

\dagger Sed & peculium quasi castrense dicitur, quod aduocatis lucro cedit, l. fori tui culmine, §. de aduoca. diuer. ind. C. vt pote qui in castris fori & tribunalis iudicialis, gloriosæ vocis munimine, se suorumque vitam & clientum bona defendendo, militare videntur, l. aduocati, §. 4. eod. Libri quoque, scholasticorum arma dicuntur, gloss. in l. nepos Procule, de verb. signific. vt pote iuronum. Quæ circa cum res, quæ castrensis sunt peculii, non conferuntur fratribus sed præcipua sunt, non possunt, vt opinor. recte in expensis & libris studiorum causa datis, collationem statueret, præter legis & patris voluntatem. Dubitandum tamen non est, alios libros qui non dati sunt filiis, quique eius nomine comparati non fuerint, sed qui fuerint patris defuncti, in medium & distributionem esse producendos: nisi improbatæ lectionis sint, quia tunc non diuidi, sed corrumpi debent, vlp. in l. cetera, §. 4. fam. i. eris. P. \dagger De aliis rebus in collatione generalis regula ponitur, ea conferenda esse, quæ imputantur in legitimam, in l. illud, C. de coll. Ceterum horum pauca profectamur quæ profectitia sunt. \dagger Constitunt enim resolutionem interpretes, profectitia bona conferri quæ veniant in collatione, quando processerunt ab illis, de quorum hereditate agitur diuidente, l. ut liberis, C. de coll. Sicq. dos, donatioque propter nuptias, computantur in legitimam, quando profecta sunt ex eius substantia, de cuius hereditate agitur, l. quoniam nouella, C. de inoff. test.

12 ¶ Ceterum casus quidam sunt, in quibus nec ea profectitia conferantur, ut si pater expressim velit non conferri, §. *illud quoque, de trien. & semis, in a. ubi. vnde summa a. ubi. ex testamento, C. de coll. 2.* Dicunt & donationes simplices non conferri factas in filium factas. *l. pen. C. eo. glo. in d. a. ubi. ex testamento, ad verb. datorum.* quia morte tantum confirmantur. Neque etiam istæ in legitimam comparantur, nisi expresse sit dictum in donatione, *l. si quando, §. & generaliter, de inoff. testam. C. p. in d. a. ubi. nu. 10. l. si cum mortis, de inoff. test. l. etiam, §. si debita, de bon. liber. P.* Et sic videtur esse acquiritur ex illis post mortem patris: quæ autem filii quaerunt post mortem, non conferunt, *l. ea denu. 6. C. de collat.* In quibus casibus autem casibus donatio facta filiosam vel emancipato statim valet, in illis habet locum collatio, scilicet vtae post mortem patris conferantur, *l. si & Alex. in d. a. ubi. ex testam.* Inuenies porro qui sunt illi casus, quibus valeat statim donatio facta filiosam. apud Iasonem, ad l. frater a fratre, de cond. in deb. P. Quocirca donationes quæ factæ emancipatis statim valent, & donationes quæ in pactis matrimonii filiosam a patre sunt validae, *Guid. Pap. de off. 13. §. 4. s. conferentur.* ¶ Tamen remuneratorie filiosam factæ, quæ statim valent, ut aiunt interpres in a. ubi. vnde & si pater, de inoff. test. Soc. cons. 125. inci. *visa, vers. confirmo.* non conferuntur: quia censentur ex peculio aduentitio filiorum, & eorum industria quaeruntur, *gl. in l. si donatione, §. ubi pater, de coll.* Sicuti nec aduentitia conferuntur, *l. si. C. eo.* Si modo de meritis appareat vere, nec ex relatione seu assertione sola patris colligantur, *interpres in d. l. si donatione, Soc. cons. 295. in 3. §. 4. nod. & si merita eius generis sunt, ex quibus tatum extraneus consequi a patre mereretur, quantum filius obtinuit, ea. r. elatum, ubi iuxta servitii meritum, de testa.* Nam quod excedit meritum, donatum, non dicitur aduentitium: quamvis quidam repugnent & aliter explicant, *Chass. ad §. 5. de successions, ad verb. de testatur par testam. nu. 49. in cons. Burgun. dispn.* Sed & merita ea debent esse ad hunc effectum, ad quæ ratione obsequii filius non teneatur: quia obsequialia merita, remuneratione non exigunt, *l. filia, C. de pa. Bald. in l. filia cuius sum. erro. §.* Et turpiter videtur accipere, qui accipit ut faciat ea, quæ facere debet alioquin, & tenetur ad restitutionem, *l. si de cond. ob tur. cau. P. §. Adferuntur autem a gl. a. ubi. ex testamento, C. de coll. 3. casus, in quibus donatio, quæ sit liberis, quæve tempore mortis confirmatur, conferenda est. Primus si pater vni filio donauit inter viuos, alteri ob causam: ne altero conferente, alteri iuxta qualitatem constituitur, *l. pen. C. de coll. 2.* Si pater iussit conferri, *l. si quando, §. fin. de inoff. test. C. l. si non mortis, eo. P. 3.* Si ita dedit, ut datum esset in peculio profectitio, *l. si donatione, C. de coll.* Nam tunc non est proprie donatio, quia peculii domini ad patrem pertinet, *l. in d. a. ubi. ex testamento, nu. 4.* Addit Iason. *Idem ubi sup. nu. 10.* alios casus, 4. Si is cui simplex donatio fit, emancipetur, quod tunc ea donatio esse incipit ex numero earum quæ statim valent, in l. siue emancipatis, C. de don. l. donationes in concubinam, 32. §. pater, eo. P. l. si. C. de eman. libe. & conferuntur, 5. eadem ratione, quia donatio facta ab Imperatore filius statim valet, & a rege qui superiorem non habet, §. *item sacramenta, de pa. iura. firm. coll. 10. in a. ubi. Lud. Rom. cons. 446. incip. primus proposita consultationis articulus facit l. donationes quas parentes, de don. int. vir. & vxor. C. l. omnium, C. de test. eadem post eius mortem venit in collationem, secundum aliquos, quibus tamen merito repugnat Iason, per l. cum multa, C. de bon. quæ lib. Et donationem hanc habere peculii aduentitii naturam, tradit quod non conferitur, *l. fin. C. de coll. §. Resolutum adhæc est, donationes quæ ante emancipationem vel post, filii sunt a patre, vel ab eo cui succedere desiderant, conferendas esse, l. vi liberis, C. eo.* Quia statim ubi factæ sunt valent, *l. 2. C. de inoff. don. cum smi.* nec peculii iure teneri possunt, *l. si. C. de inoff. test.* Et quamuis aliqui interpretes in contraria sunt sententia, tamen Iason pro hac pugnat, *l. in d. a. ubi. ex testamento, nu. 14. ubi. tertius articulus.* Neque facessere dicit, *l. illud, C. de collat.* ubi filius donationem habens a matre, conferre non tenetur, nisi propter æqualitatem, quando is habet donationem simplicem, frater vero nullam habuit, vel nisi conferri iusserit pater donando, filius autem intuitu matris, eius est nature & qualitatis, eius emancipatus respectu patris: quia fecerit non habent filios in potestate, §. *famina, de adopt. l. nulla, de suis & legit. P.* Nam responder cum Bart. & Baldo, filios matris intuitu, diuersum genus constituere in successione matris, a filius emancipatis volentibus succedere patri: quod emancipati iure *l. 2. tab. & iure antiquo ciuili non succedere & ideo pro iniuria, qua afficere suos videbantur, quando cum illis succedere volebant, decretum erat, ut illi conferrent in iure vero***

successionis, matris intuitu, æquale ius filiorum nullam habebat iniuriam, nec distinctio erat liberorum, neque olim ab illis collatio desiderabatur. Minus quoque ad rem facit, quod filii sui succedentes possunt agere contra emancipatos, ut restituant quod est in mensum in illorum donatione, *l. 2. C. de inoff. dona.* Siquidem hoc non pertinet ad collationem succedendi causa. Illi enim non dicuntur succedere, quibus in officiosa donatio, in quantum excedit, minuitur.

¶ Ceterum in officiosa non est, donationem causa mortis, 16 factam emancipato vel suo, propriam fieri, nec conferendam: quia ea non valet pendente vita patris, nec simplex est, sed morte confirmatur, *l. pen. de col. bon. P.*

¶ Veruntamen, etsi donationes simplices profectitia, quæ 17 tantum firmantur morte patris, non conferantur, tamen fructus ex his percepti in vita eiuudem patris, conferri debent: quia donationes quæ firmantur morte, retrahuntur ad fructus perceptos in vita patris, hisque, si filius nolit cum aliis succedere, filii sunt, nec restituantur, *l. donationes quas parentes, C. de don. int. viri & vxor.* Quemadmodum de fructibus aduentitiorum filiosam dicitur, qui quaeruntur patri, *l. de bon. mater. C. l. cum oportet, de bon. qua. libe. & si donati sunt filio, conferri debent percepti pendente eius vita: illi enim profectiti sunt, l. in prin. ad a. ubi. ex test. contra Ang.* Quos tamen si voluntate patris filius, cuius proprietates erat, percipit, censentur donati: eosque, si successione patris abstinet, restituere non tenetur, *l. l. cum oportet, §. fin. autem.*

¶ Sic quando filius teneatur conferre estimationem militiae 18 vel officii, quod vendi & ad heredes transmitti possit, quicquid filius lucratus est ex illa militia vel officio, deducta per filium estimatione oneris personæ suæ, ex sententia Bartoli, in l. §. nec cast. coll. 4. de coll. bon. P. conferatur. Ego tamen dubito in hac conclusionem: quia expressum non est legibus quippiam de fructibus militiae, quam imputari voluit, *l. illud, C. de coll. in l. omnimodo, §. imp. de inoff. test.* Et quia in collationum quaestione, nihil imputandum est vel conferendum, nisi legibus expressum sit, etiam in profectitis, *l. l. iam, C. de collat.*

¶ Maius porro debium est in quaestione quotidiana, num si 19 pater quandam pecuniam tradidit filio, ex qua filius alius lucratus est negotiando, lucrum illud ex pecunia conferendum sit. Et gloss. iuncto textu in l. cum oportet, de bon. quæ libe. C. per illum textum, illud tanquam ex substantia patris quaeritur & profectiuum esse existimat, ut & ea quæ contemplatione patris filio adueniunt. Atque id ipsum in vltis quaestis ex pecuniis patris obtineat, quas censet ex re patris venientes, *facit §. 1. per quas per nob. acq. l. Balista, ad Trebel. P. l. in fideicommissi, §. nonnunquam, de vsur. l. ex re, de vsur. P.* Et eius sententia est Bart. in d. l. cum oportet, & in l. §. nec castrens, de coll. bon. P. Sed & cum illis idem Bart. in tract. de duo frat. & in cons. in c. contra vltus, & in l. illud, C. de coll. vide Jo. Imol. & Alex. in l. 3. ad l. Fal. P. perpendit morem regionis: ut si filius negotiatus fuerit in pecunia patris, & lucrum inde factum sit industria eiusis patrem accipiat, quam accepturas fuisse ex more regionis infertur, tanquam aduentitiam, perpeniam industria filii, num ea sit digna tanto lucro. Et hæc certe proximam æquitati mentem opinor, si agamus de emancipato accipiente pecuniam profectitiam. In suo vero, qui tenetur operari patri subdito, nec arbitror sine magna causa veram, ad stipularerq; la bens Baldo, in a. ubi. ex testamento, C. de coll. qui reprehendit in prædicta opinione Bartolum. Quod si non constat pecunias, in quibus filiosam negotiatus est & lucrum fecit, fuisse paternas vel profectitias, sequenda est gl. ad d. l. cum oportet, ad ver. *ex eius substantia, in fine.* ¶ Sed vltimus dico, fore neminem pecuniam quaeritam 20 contra prohibitionem vsurarum per filii nomine suo, qua turpe est illius lucrum, non venire in collationem, etiam si tunc fuerit in factis patris, iuxta l. quod seruus, de acq. rerum dom. P. l. cum duob. §. idem P. apinianus, pro soc. P. Si tamē viuas nomine patris exercuerit, acquirere patri, non tanquam filius, sed tanquam negotiorum gestor, *l. qui proprio §. item quaeritur, de pro. P.* Possunt tamen ab vtrisque euinci, & ab illo & a coheredibus, tanquam illicite quaestæ, & quæ secundum iura pontificia restitui debent, *cle. 1. de vsur. & tot. tit. in antiq.* Eaque respondere ratione pestemus, hæc, ut turpia lucra, conferendas non esse, nec diuidendas per l. cetera, fami. erro. Quemadmodum quæ perniciosa alicuius veritas, vel alio modo turpi filius quaerit, conferri non debent, potius a fisco vindicanda, in l. videamus, quod met. caus. P. l. in hered. de calumniat. P. l. vni. ex del. dis. in qua. here. tene. P. l. Lucius Titius, §. de in esse. P. potissimum si non liqueat, cui facienda sit restitutio.

¶ Non

¶ Non confertur etiam fratribus, dos a filiofam. lucrata ex morte uxoris per statum, puta Tholosa, quia tale lucrū est aduentitium, *Bart. in l. 1. de bonis quae l. Bald. in auct. ex testamento, C. de collat. l. 2. § emancipati, de coll. dot. P.* Et aduentitia non confertur, *l. fin. C. de collat.* Et proinde filiofam. quae post mortem patris vult vna cum fratribus succedere, non tenebitur conferre nomilia, vestes, & alia incrementa, quae lucrata est ex morte sponsi vel mariti, *Bald. in l. cum in te, C. de donat. ante nupt.* tenetur tamē conferre dotem profectitiam, *l. filiam cum fratribus, C. de collat. l. pater, ad l. Falci. P. l. 1. de collat. dot. P. l. ut libe. de col. C.* imputando & minus ex hereditate accipiendo, *l. dotis quidem petitio, C. eod.* Dos enim in periculo est mulieris, etiam si maritus eius, cui data est, sit solvendo: cum ei imputari possit, marito vergente ad inopiam, quod non repeterit dotem, si modo sui iuris fuerit, & legitimae quoties, non aliter, *auth. quod locum, C. de collat.* Et hec proculdubio vera, quando filia ab intestato vult cum aliis succedere, vel contra tabulas. Tamen iure Codicis, filia quae succedebat coheres ex testamento, non conferebat, praeterquam si pater dixisset, *l. filiam, in l. eod.* Hodie contra, & ab intestato, & ex testamento ordinata collatione, *auth. ex testamento, eod.* Sicque Arcadius & Honorius dotem profectitiam, a patre vel eius occasione acceptam, voluerunt filiam cum fratribus succedere volentem, miscere, & in medium proferre iusserunt, *l. omni. und. libe. lib. 4. C. Theod. tit. 2.* quando videlicet dotē non contenta, vel legato, vult succedere: alioquin enim, si ius, vel altero illorum contenta, abtineat se a successione paterna, non cogitur conferre, *l. si pater pro filia, 4. de col. dot. P. l. a patre, § l. filiam, de collat. C. l. omni. § videamus, de res. v. xor. ar. C.* Placuit autem Senatui Parisiensi, 2. Augusti 1536, dotis fructus, seu pensiones solutas, pendente dilacione solutionis dotis, non conferti fratribus, etsi dos conferatur. Haec enim pro oneribus matrimonii iusta recepta sunt, *l. pro oneribus, de iur. dot. C. 2. l. dotis fructus, eod. P. c. salubriter, de usur. § 1.* Item generaliter non confertur ea, quae filiofam. solui debent post mortem patris, quae post mortem illi querunt: sicut nec olim emancipati illa conferrebant, *l. penult. de colla. bon. P. l. ea demum. 6. § l. nec emancipati, 1. § de collatio. Cod.* Paulus quoque respondit, de illis quae sine culpa vel dolo conferre debentis perierunt, ea non reuocanda in collationem, *l. 2. § de illis, l. 1. § confertur, de collat. bono. P. § 1.* Impleta & erat olim questio, quantum emancipatus, qui omnia sua conferrebat, cōferre debebat, quam explicat *l. 1. § nunc videamus, de coniug. cum emanc. liber. lib. 3. 7. P. ritu. 9.* Sed hodie facilis est quaestiois solutio, cum non conferatur aduentitia, sed tantum profectitia, *l. fin. de coll. C. § 1.* A quibus vero postuletur collatio, seu qui sint qui conferre teneantur, leges expedite docent, cum disti. etione iuris antiqui, noui, & nouissimi. In primis autem illud sciendum est, inter extraneos alicui succedentes, non esse locum collationi, *l. si. C. com. vtri. iudi. 2.* Neque locum habere, cū ascendentes succedunt descendentibus, *Bald. in l. quoniam nouella, 2. coll. per illam legem, C. de inof. testa. probat. l. ut liberis, C. de col. Cyn. Alex. Jafon in l. si emancipati, C. eo. ubi inuenies rationes. Nec 3. quādo collaterales succedunt collateralibus, *P. aut. Castr. Bald. § alii, ad d. l. si emancipati, ubi vide gl. vtilis in hac materia § resolutorias quaestiones gl. in l. 1. C. de legi. hered. Vel 4. si filii succedant cum extraneis, *d. l. si. C. com. vtri. iud. l. fin. d. l. si emancipati, num. 25.* Locum igitur habebit tantum collatio, quando ascendentes succedunt descendentes, tribus adhuc concurrētib; & non aliter: vt notat Iafon, *l. dem. eo. nu. 30. § 3. 2. 1.* Vt isti successores descendentes vocentur ex primo capite, *unde liberi:* nam si postquam ex eo capite exclusi sunt, per caput, *unde agnati,* vel ex tertio, *unde cognati,* succederent, vt in *l. 1. § sed videndum, de success. edi. P. gl. in l. 1. qui adm. ad bono posse, poss. P.* non habebit locum collatio: quemadmodum nō habet locum inter agnatos & cognatos, *§ ita tradit Bald. in d. l. si emancipati, colla. 3.* Secundo exigitur, ante quam cōferant, vt isti successores descendentes sint in primo gradu, aut succedant in locum primi, nullaque eos antecedit: alioquin interueniente alia disparitate gradus, inter eos non est locus collationi, *idem eod. col. 4.* Proinde inquit Bald. & Iafon, *in d. col. 4. § Jafon d. nu. 3. 3.* si pater habet filium in potestate, & nepotes in vnde cum, non erit inter eos facienda collatio. Quia postquam filius primum gradum tenet, nepotes poterant praeteriri ab auo, qui non tenebatur vllam legitimam illis relinquere, *l. si quis filio exheredato, § l. posthumum, de iust. v. p. P.* Et ita instituti videntur, tanquam extranei. Et inter extraneos cessat collatio, id est, extranei non tenentur conferre filiis testatoris, *d. l. si. C. com. vtri. iud. Se-***

quitur & inde, quod exstante statuto, vt filijs existentibus filia nō succedat ab intestato, si pater institueret filium & filiam heredes, non esse locum collationi, *Jafon d. l. si emancipati, nu. 3. 3.* quia pater huic filio non tenebatur relinquere legitimam, *Bald. in l. maximum vitium, vlt. col. C. de libe. preter.* Vide tamen distinctionē hae de re pleniorē apud eundem Iafonem, *ubi sup. nu. 34.* Tertio ad huc exigitur, vt collatio locum habeat etiam inter successores descendentes, quod tales succedant pari titulo vniuersali. Nam si succedant titulo particulari, puta quia legatum vel fideicommissum eis relictum acceptarent, & contenti nolent esse heredes vniuersales patris, tales singulares successores non tenentur cōferre, *l. a patre, § l. filiam cum fratribus, C. de collatio l. si. de colla. dot.* Itaq; tria requiruntur in capacitate eorū, qui conferre debeant, vt sint descendentes, itiq; primum locū teneant, vel loco primi gradus sint: & vt heredes sint vniuersales, id est, vt succedant in quota, velut in vnciis certis: vel per capita generaliter, & in partes, nō autem in singularibus rebus, ¶ Isti autē vel sint sui omnes, vel emancipati omnes, vel sui cum emancipatis succedentes. Emancipati succedentes suis tantum conferrebant, sed si succedebat soli patri antiquo iure, non sibi conferrebant: vtriq; enim erant incogniti lege 1. 2. tab. & iure aliquo Caesarū, nec alter alteri intrigabat iniuriam, *l. 3. § quoties, § § emancipati, § l. 1. § fin. § l. 2. § si tres, de col. bono. P. l. si emancipati, de coll. C. l. filii quem § videamus, de bon. poss. cont. tab. P.* sicut: quando emancipatus cum suo succedebat, *l. 1. in princ. de coll. bon. P. d. l. si emancipati, facit l. si dotem, C. de coll. vel cum filiis suis, id est, cum nepotibus, l. 1. § si filius, de coniug. cum emanc. l. 1. § si ex doctante, § l. 3. § fin. de coll. bono. P.* qui locura patris in potestate mortui existentis repetebant, *§ cum filius de her. qua. ab int. de ser. l. si pures, de col. bono. P.* Veruntamen hodie emancipati quoq; inter se cōferunt profectitia ab eius successione, de qua agitur, *l. ut liberi, de coll. C.* propter æqualitatem in successione commendatā. Conferunt & emancipati cum suis succedentes hodie sola profectitia, *l. si. C. eo. iungerationem l. si fratres, § dem Papinianus, pro soc. P.* cum olim omnia sua bona conferre successuri cum illis tenerentur, videlicet etiam aduentitia, *l. 2. § si tres, de col. bon. P. ita & solus cum emancipato succedens, cum sibi hodie referret aduentitia propria, tenetur emancipato vicissim conferre profectitia, l. ut liberi, § l. filia dotē, C. de colla. facit l. 1. in princ. de coll. dot. P.* Similiter cum sui soli succedunt, conferunt etiam sibi profectitia, & dotēs, & donationes propter nuptias, *l. dotis, § si ite dotē, 4. § l. filia licet, 1. 2. l. ut liberi, 17. C. de coll. § 1. Transit & collationis ius questum in heredes, *l. si maritus, 14. col. 1. § biduum, de coll. bon. P.* Erit tamen regula generalis: nemine teneri aliis conferre, nisi expresse per legē dicatur, *l. illa, de colla. C. § ibi Jafon nu. 5. vt diximus. ¶ Forma conferendi, vel re, vel cautione conficiture, ipso facto inita collationis ratione. Cautione, datis fideiussoribus aut pignoribus de conferēdo, *l. 1. § quamuis, § Sinebo, de col. bon. P.* quae cautio committitur, quando post in terpellationem de conferēdo factā, tantum tempus lapsum est, in quo conferre potuisset, si voluisset, continetq; condemnationē quāta ea res sit, quae non confertur, *l. si quis, 5. § fin. eo.* Quod si quis neq; conferre, neq; canere velit, denegantur ei petitio hereditatis, & quae inde sequuntur actiones hereditariae: quousq; conferat vel caneat: vel si possidens contemnat cōferre iudicis officio adigitur, *l. 1. § si frater, § sed si non nunquā, 8. eo.* Si tamen inter partes conuenit quid conferendum sit, non est opus cautione: sed quando inter succedentes, inter quos collationi locus est, cōtrouertitur, num aliquid sic conferendum, tunc enim suspēditur collatio eius data cautione de conferēdo si necesse sit, *l. 1. de coll. dot. P. l. si soror, 8. de coll. C. de Flores in l. cum emancipati, eo. textus in l. posthumo praeterito, 11. C. eo.* Fit insuper collatio, non tam adferēdo, quam minus accipiēdo, videlicet computando in partem acceptum iam, *l. dotis, 5. C. eo. l. 1. § sed si tantum, de coll. bon. P.* vel delegatione facta vel cautione, *l. 2. C. de coll. § 1.* Porro hic obseruandum est primo loco, non cuiusq; successiois olim fuisse collationē. Nam ex testamento succedētib; non erat opus collatione, *l. 1. § l. filia dotem, C. eo. l. si filia, de coll. dot. P.* Hodie tamen, ex testamento & ab intestato, nisi prohibeat expresse defunctus, locum habet, *§ illud, de trien. § semi. in authentico ex testamento, C. de collat. § ibi interpre.* Secundo necessarium erit, vt successio, quae requirit collationem, sit iuris vniuersi, non rerum singularium, *l. a patre, Cod. eod. 1. § quoties § § si ipso, de collat. bonor.* Tertio notandum, collationem fieri, quando successio eodem iure ad successores deuoluitur: puta, si coheredes sint omnes ab intestato, vel omnes per bonorum possessionem contra tabulas vel secundam, vel omnes ex**

testamento. Neque inter successores diuerso iure locus erat collationi, *l. pater filiam, cum l. sequi de colla. dot. l. 1. §. 1. de coll. bon. P. l. filium, §. videamus, de bono poss. con. tab. P. Vna enim & eadem res, diuersi iuris non potest ceteri, l. eum qui ades, de v. s. cap. nisi qui diuerso iure succedant, poterint eodem iure succedere, quod ex æquitate Scæuolæ manere dicitur, l. si filius, de coll. bono. Hodie tamen, collatio locum habet & inter succedentes diuerso iure. ex sententia Bartoli in l. pater, de colla. dot. & vide Alexan. & Aret. in l. si emancipati, C. de colla. ¶ Et proinde hodie, si filia renūciat bonis paternis cum iuramento, ob quod non habet regressum ad bona paterna, per c. quamuis, de pact. in sex. Velit, gratia iuramenti obtenta, succedere patri, in quibus casibus admittitur iure particulari, in legitima censenda debet conferre quod accepit nomine dotis, et si quid accepit aliud. Item si velit ab intestato succedere cum fratribus, vt videtur in æqualitas, l. pen. C. l. ut liberis, C. de collatio. l. fin. C. comm. vtr. iudi.*

¶ Finis propter quem collatio petitur & fit, est æqualitas, & vt communicata vel contributa æqualiter diuidantur, l. ut liberis, vbi aqua lance, l. illud, 20. vbi Bar. l. illud, de trien. C. sem. in nouell. Æqualitas autem hæc nõ est arithmetica, sed geometrica, vt collatis omnibus quæ conferenda sunt, vnusquisque accipiat portionem secundum dispositionem testatoris, vel legis delatam. Sic enim referenda est æqualitas ad relictum. Veluti, si vnus ex coheredibus institutus sit in duabus vnciis, alter coheredum in decem reportatis omnibus conferendis in acervum hereditatis, quæ ita crescit, vnus duas vncias totius, alius decem accipiet. Et si æqualiter instituti sunt, æqualiter diuidentur: quamuis vnus plus alio conferat, quia plus a defuncto acceperat. Et ita proportio est in diuersis partibus geometrica, quemadmodum & in specie l. 1. de impub. & aliis sublit. C. ¶ Rationem habebat collatio quæ fiebat olim omnium bonorum ab emancipato suo, quo tempore omnia quæ rebus suis patri etiam in proprietate, per l. placet, de acquir. hered. P. emancipatus autem sibi: quomodo esse, vt sua bona in medium conferrent, qui ppetere paterna, l. de colla. bon. P. Item vt iniuria, qua videbantur affici ab emancipatis sui in successione expetita, compensaretur collatione, l. si filius, 10. de coll. bono. cum similit. sup. citatis. Hodie quoque ratio æqualitatis remanet, vt quia aduentitia nõ quærit suis patri nisi quoad vsum fructuum, sed propria habet, l. cum oportet, de bo. que. lib. C. ita nec emancipatus ei conferat aduentitia, sed vt que tantum profecticia, l. fin. de coll. C. & si plus vnus altero profecticiorum accepit, vel vnus quippiam, alius nihil, communicando ad æqualitatem reducuntur iustam. Vt qui filii fuerunt eiusdem patris, vel matris, vel aui nepotes quibus succedunt, & æqualis gradus pro modulo proportionis geometricæ æqualia referant. Sic iustum existimant non morte tantum ante nuptialem donationem vxorem lucrarij marito lucrandam dotem dedisset, propter æqualitatem conferendam, non aliter: cum æqualitatis & iustitiae sint iurifconsulti amatores, §. fin. de non elig. sec. nub. in aui. aui. æqualitas, C. aui. ben. sed que nihil, de pacti. conuen. tam sup. dot. C. C. Neque sunt ferendi iudiciali, qui per prerogatiuas pretendunt aliquid plus ab aduersariis petere, quam ipsi ab aliis pullati fieri pariantur, l. si. C. de fructib. C. lit. exp. Et vix est inter duos vel plures negotiũ componendum, in quo non exigatur quædam æqualitatis proportio: vt in emtionibus, l. 1. de cont. emt. P. in institutionibus heredũ, l. quoties §. heredes, de here. instit. P. in substitutionibus, l. iam hoc iure, de vulg. l. quamuis, C. de impub. legatis, l. legatarius inuoluit, §. fin. de legat. 1. & aliis.

De Modis, quibus alicui adimitur hereditas, vel pars eius obiter. Cap. 9.

- 1 Iuris accrescendi preluia, C. continuatio huius cap. cum præcedens.
- 2 Hereditas, vel parte eius quæ pluribus de causis priuatur.
- 3 Defunctum accusans de negotiatione illicita, priuatur eius successione: vel alia iniuria officiens, non succedit ei. nu. 7.
- 4 Captiuum non redimens, an ei possit succedere.
- 5 Vxorem defuncti possidens non potest defuncto succedere.
- 6 Partum suppositum dicens pupillum defuncto, nec obtinuit, non potest defuncto succedere.
- 8 Vxor contra prohibitionem legis nubens, non potest institueri maritum.
- 9 Voluntatem defuncti non implens, quando priuatur hereditate: numq. hoc verum sit in Gallia.

10 Hereditas vacans, vel partes earum deficientium instituto, rum, quibus deferantur.

Superioribus ¶ explicationibus satis, vt opinor, apparuit, quæ ratione heres secundum expressam aut tacitam voluntatem defuncti, portionem bonorum eius sibi relicta consequatur. Superest nunc vt doceamus, qua via & ratione, heres, legatarius, vel fideicommissarius, portionem alterius peroræ deficientis volens aut inuitus cogatur agnoscere, vel quando possit ratione suæ partis vel personæ, alterius partem consequi. Sane per difficultis est quæstio, & in qua Mæandri flexus & recessus plures sunt, tum ob causam propter quam portio remanet non agnati, tum propter coniunctionis & disjunctionis distinctiones: tum maxime propter iuris accrescendi quæstiones, quæ non possunt nisi priuationibus partium & coniunctionibus præueniuntur illucere. Quare postrema erit iuris accrescendi indagatio. ¶ Causæ portio plures sunt, ex quibus qui vocabatur ad hereditatem, vel hereditatis partem, excluditur a successione: vel quia non vult, & repudiat vel quia non potest adipisci, vt incapax aut indignus, vt in l. cum quidam, 12. de iis quibus vt indig. P. cum similit. De repudianda libertate plana est via, l. nec emere, de iure delib. secundum explanationem non stræ superioris tractationis, sup. cap. 6. Diximus & insuper, quibus modis causa testati perueniebat in causam intestati, lib. 4. cap. 1. & quomodo liberum erat vocatis ab intestato reilicere successorem, pro parte sibi delata, vnde aliis succedendi facultas acquireretur.

¶ Quæ non reperam, sed vltra monebo obiter cum pluribus de causis quis possit hereditatem, vel eius partem, aut rem nancisci, & totidem posse vt indignum priuari: veluti, si post mortem defuncti eundem illicitæ mercis accusator detulerit, quamuis ex ea causa, non institutus seruis libertatem meruerit, l. de iis quibus vt indig. leg. anser. lib. 34. P. ut. 9. Item si per eius negligentiam & culpam is qui eum instituit mortuus fuerit, l. 3. eod. puta si furiosum non curauerit: si medicum non adhibuerit, vel adhibuerit quidem, sed malum, aui. liberi, C. de episc. audi. l. quod si noluit, §. emancipium, de edil. edi. P. si alimenta negauerit eidem, l. necare, de li. agno. P. Quia omnes heredes officiose se erga defunctos gerere debent, l. portiones, 21. de iis quibus vt indig. P. Atque si heres, qui nõ vindicauit necem illatam per alium defuncto, segniter se gerendo & cum culpa sua ab alio præuenit, indignus est hereditate, l. necessarios, §. 5. ad Sena. Sylvania P. l. de iur. f. P. l. heredem, 17. l. ei qui, 20. d. tit. de iis quibus C. P. l. 3. C. eo. lib. 6. tit. 35. multo magis, si ipse ei necem vel causam mortis intulerit, l. frab hostibus, §. fin. sol. mari. P. Quare merito lucrum illi adimitur, ne ex scelere dicitur, l. ex del. def. in quan. hered. tene. C. l. in heredem, §. de calumnia. P. quodque non debeat lucrum consequi ex eo, quo prænam meretur, in l. si cui, ex quibus cau. mau. P. l. 1. §. 1. si quis alig. test. probi. P. l. sine hereditaria, de neg. gest. Excusatur tamen non vindicans mortem ab alio illatam, si heres pupillus sit, d. l. 3. C. l. minoribus, C. l. 6. C. de iis quibus vt indig. si ignoretur auctores homicidii, l. si ideo, 7. C. l. cum fratrem 9. eod. aut si alius sine negligentia heredis accusationem instituat prius præueniendo, l. fororem, 10. eod. C.

¶ Et iure ciuili, qui non redimit ab hostibus captum, ei non potest succedere, l. si captiuus, C. de episc. C. Cleri. Potest tamen iusta esse excusationis causa, ob quam non imputetur heredi omisso redemptionis, si minor sit, si inops, si tempora non patiantur, si ab alio præuenit redimatur. Sed & voluntas ipsius capti excusatur, qui noluit se tanti redimi quanti inscriptus erat: ei enim magis imputandum quam heredi, quod maluit parere suis faultatibus, quam cum eorum aliqua iactura redimi. Neque ex parte heredis tunc oritur ingratitudo vel indignitas, ob quam heredes expunguntur a successione. ¶ Existat & ademptionis hereditariæ causæ decretum iuris, si iniuriam mortuo intulerit eius vxorem violando vel polluendo, secundum gl. in l. fororem, in fin. C. de iis qui vt indig. C. gl. in l. 1. eod. ¶ Vel si dicat pupillum eius relicto, suppositum, accusando partus subiecti matræ & vxorem defuncti, nec obtinuit, l. cum in secundis tabulis, 18. eod. P. Si viui, cui successus est hereditatem vel partem donauerit, l. 1. §. fin. eo. l. quidam, §. si. C. l. sequem. de donat. P. l. si. C. de pact. qui testamentum de falso accusauerit, nec obtinuit, l. post legatum, §. in prin. C. §. si pater, C. §. qui principale, de iis quibus vt ind. P. Si tutor datus cum legato a tutela se excusauerit, d. l. post legatum, §. amittere. ¶ Si inimicitie capitales non reconciliatæ interueniant inter legatarium & testatorem, & verisimile sit testatorem noluisse ei legatum vel fideicommissum præfari, l. si inimicitia, 9. de iis quibus, vt indig. Pandect. l. 3. C. lex parte, de ad. leg. P. l. fideicommissum, C. de fideicommiss. Aut

Aut si palam & aperte testatori maledixerit, & infans voces aduersus eum iactauerit. Si status ei controuersiam mouerit, d. l. si inimicitie. ¶ Aliquando & admittit hereditas, si ab vxore quam contra iuris prohibitionem accepit instituitur, l. 2. de iis quib. ut ind. P. l. fin. de leg. 1. vel ab vxore, quam prius polluerat per adulterium, l. Claudius Seleucus, 15. eo. ut. vel si meretrix instituitur a milite, l. mulierem, 1. q. eo. l. miles ita heredem § pen. de milit. test. P. vel si heres tacitam si dem accomodauerit de restituendo fideicommissio ei persone, cui relinqui prohibitum est, l. eum qui, 18. in prin. ¶ Sed & quando heres non implet voluntatem defuncti monitus intra annum, hereditas ei aufertur iure ciuili, aut hoc amplius, C. de fideicom. quamuis iure Gallico remedia alia prodita sint, vt cogatur officio iudicis, vel implere, vel cedere hereditati. ¶ Et ex his omnibus modis, interdum ad fiscum, cum suo onere deferunt hereditas, ut l. 3. § si ad Senat. Trebell. P. l. Statius Florus, § Cornelio, de in. ff. P. l. 1. § l. Claudius, de iis qui. ut ind. cum similib. interdum ad substitutos, interdum ad coniunctos per ius accrescendi. Quando autem ad fiscum hereditates deferantur, alibi latius dictum est in prima parte Syntagmatis, dum tractauimus de iis que in fiscu deferuntur, lib. 3. c. 12. Et paulo ante in hac tertia parte, in successioibus ab intestato, Sup. lib. 45. cap. 16. Quomodo vero per ius coniunctionis & accrescendi deferatur hereditas vel legati partes, dicendum nunc est. Et primum quidem de coniunctione, deinde de iure accrescendi, quibus istæ partes reprobatae vel ademptæ alii accedunt, maxime in Gallia, cuius moribus nullo fere casu, quod aufertur ab indignis, fiscu deferunt.

De Coniunctione & Distinctione, quibus utimur in iure accrescendi perpendendo in successioibus, aliisque iuris negotiis.

Cap. 10.

- 1 Coniunctio quid. Qui item distincti: & coniunctionis distinctio.
- 2 Verborum coniunctio quot modis fiat.
- 3 Coniunctio legalis alia, alia hominis que
- 4 Coniunctio hominis que ea duplex, conuentionalis, testamentaria.
- 5 Coniunctio fit re, verbis, aut utroque modo.
- 6 Et re coniuncti qui.
- 7 Generi quando per speciem derogatur, & quando non.
- 8 Verbis coniuncti. Et re distincti, qui dicuntur.
- 9 Coniuncti re, & verbis qui.
- 10 Coniunctionum copulatarum exempla, & coniungendi formula.
- 11 Coniunctio ius accrescendi in quibus inducitur.
- 12 Et coniunctionis effectus, & rationes. § nu. 1. 2. & 13.

VT intelligamus utrum coniuncti vel distincti aliqui dicantur, & qui ad partem vacantem properant, & quando ius illis accrescit, inquirendum est de ipsa coniunctione, que explicat oppositam distinctionem. Coniunctio est, ut norunt omnes, copulatio, & daturum vel plurimum ad vnum proximitas maxima: inde dicuntur coniuncti. Vt distincti sunt, qui & separati dicuntur, in l. re coniuncti, in ver. Separatim, de leg. 3. l. si pluribus, de leg. 1. l. si separatim, de cond. i. & demonstr. in l. 1. § idem aut. § inter, de leg. 1. l. pen. de usufr. accresc. P. ¶ Coniunctio diuiditur in realem, verbalem, & mixtam, l. triplici, de verb. signif. l. re coniuncti, de leg. 3. Coniunctio que re fit, secundum diuersa negotia in multiplici est differentia. Nam dicimus matrimonium, viri & vxoris coniunctionem, l. de rit. nu. §. 1. de patr. pot. l. 1. § pen. de iust. & in. P. cum similib. eamque realem: vt animorum ex consensu per verba de presenti, verbalem, c. pen. § fin. de spon. Insuper, de regul. iur. Et consummatam, ex utroque mixtam. Item coniunctas personas, sanguine, vel affinitate, vel amicitia iunctas, de quib. in l. sed & ha persona, de procurat. P. per interp. Coniunctas tabernas, l. 1. de serui. lega. & sic de similibus.

¶ Verbis multa coniungimus, vel vnica tractatione, vel distinctioibus coniunctis, vel alio modo quo possit aliquid alicui applicari ita est & coniunctio dictionum, orationum, locutionum. Ceterum in hac successioibus & contractuum tractatione, non tã late vsurpatur coniunctio, quantum patere nominis generalis intelligentia potest.

¶ Sed ratione originis duplex coniunctio & distinctio, vt au. g. in l. quidam, de pecul. leg. 4. Explicat Iason, in l. re coniuncti, de leg. 3. nu. 41. dicitur: vel leg. 3. vel hominis. Legalis ea, que per legis

dispositionem inducitur, veluti dum vult lex, distinctiuam, aut vel, inter personas positam, reduci ad copulatiuam & coniunctionem, &c. l. fin. C. de ver. sig. c. in calice. de consecra. dist. 2. explicat Iason latius, in l. re coniuncti, nu. 41. q. 2. 4. 3. de leg. 3. Item & legis verbalis & realis coniunctio, vt in exemplo l. seruus communis, 66. de acquir. hered. P. Domini plures vnus serui communis heredis instituti, lege coniuncti dicuntur: & ideo vno iubente seruo hereditatem adire, pro sua parte quidem fit dominus hereditatis, & ceteris non iubentibus dominis, totius, tacitoq; iure omnes aliorum partes ei accrescunt. Cum etiam pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorum possessio deferunt, beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus iis solis, qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentium accrescere, auctoritate legis in dubium non venit, l. vni. quan. non peten. par. peten. acor. l. 6. C. de iur. 10. l. 1. § si nemo, ad Sena. Tertull. Coniunctio enim per legem vocatur, qui sunt eiusdem gradus, vt diximus in successioibus ab intestato. ¶ Coniunctio ab homine fit, quando is per suam dispositionem complectitur copulatiue duo vel plura, vel in vltima voluntate, vel in conuentione seu contractu. Vnde quædam hominis conuentionalis, quædam testamentaria dicitur coniunctio. Conuentionalis in contractu consideratur, de conuentionali tractat Iason, ad d. l. re coniuncti, nu. 44. § inter. § Bartol. in l. si mihi & Titio, de verb. oblig. P. que poterit intelligi ex iis que dicemus de coniunctione testamentaria, que inuenitur vel circa institutionem, vel substitutionem, l. vni. § his ita definitis, de cad. toll. C. vel legata, aut fideicommissa, d. l. vni. § vbi autem, l. 1. § tot. de usufr. accresc. P. ¶ Coniunctionis materia ex qua constat, & vnde contraria distinctio consistit, vel ex re, vel ex verbis, vel ex re & verbis, l. triplici, 141. de ver. sig. Paulus, in l. re coniuncti, 87. de leg. 3. explicat his verbis. Re coniuncti videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur. Item verbis, non etiam re. Titio & Seio fundum æquis partibus de lego.

¶ Et coniuncti re qui concursu partes faciunt, d. l. vni. § vbi 7 autem ver. sin. vero non omnes, l. si fortis animum, C. de lega. § si eadem res, eo. apud Iustin. l. coniunctim, de leg. 3. l. 1. § inter, de usufr. accre. P. Possuntque esse coniuncti re, qui & verbis distincti dicuntur, l. si, § 1. qui. mod. usufr. amittit. l. si pluribus, de leg. 1. Re coniuncti tamen non dicuntur, quibus eadem quantitas legata est, si verbis separantur, sed potius multiplicata summa videtur: nisi de contraria voluntate appareat, vt in l. si pluribus, 45. de leg. 2. l. quingenta, 12. de probat. P. Vbi autem verba coniungunt, & rei coniunctio est, quantitas vni sola debetur, l. si quis testamento, 82. de leg. 1. Quod autem quidam putant, in stipulationibus, mihi decem, & Titio decem promittis, l. stipulatio ista, 38. § alteri, ver. cum qui dicit. l. eum qui ita stipulatur, & l. si mihi & Titio, de verb. oblig. esse quantitatis coniunctionem, falluntur, quum tantum decem cententur in promissione: non ea ratione, quia coniunctim promissum fit, sed quia quod pertinet ad tertium, stipulatio alteri facta, si nostra non interest, inutilis fit, d. l. stipulatio ista, § alteri, de verb. oblig. l. quo tutelæ, § fin. de reg. iur. l. quacunque, de actio. P. l. ut inter, C. de inutil. stip. § alteri, eo. in. apud Iustin. Neque etiam re coniuncti dicuntur illi, quorum vni genus, alteri species relicta est: quia species subducta de genere, in genere non continetur, & per speciem generi derogatur, l. vxorem, § felicissimo, & l. seruus vrbanius, § si. de leg. 3. Attamen re & dicuntur re coniuncti, quorum vni totum integrale, quod non nisi cum suis partibus tale dici potest, vedomus: alteri vero pars legata est, l. si alii, de usufr. leg. P. l. idem Nerarius, § si. cum duob. l. seg. de usufr. accresc. P. Si tamen totum, partium dilectione facta nomen retineat, non erunt re coniuncti, l. quod in rerum, § pen. de leg. 1. præterquam, si post partes legatas, totum alicui postea legetur, iuxta l. Menio, 42. de leg. 2. Contra quam accidat, quando alicui primum hoc totum, & postea alii pars legatur, l. cum quasi, C. de leg. 1. eo quod per speciem, vt dictum est, generi derogatur, d. l. vxorem, § felicissimo, & d. l. seruus vrbanius, § fin. in omni iure, de reg. iur. ¶ Verbis coniuncti dicuntur, quos verborum a testatore prolatorum complexus, portionibus proindiuiso factis, ad eandem rem coniunctim vocat, l. triplici, de verb. sig. l. huiusmodi, § quibus, de leg. 2. 1. Portionum appositio facit distinctos re, & ita re non sunt tunc, sed verbis coniuncti, l. vni. § vbi autem, ver. sin. autem omnes, de cad. toll. Exigimus tamē propter ius accrescendi, ita fieri. Nam si partes discretæ sint, cessat ius illud, l. velle dicimus, de verbo, sig. P.

¶ Re & verbis coniunctos ex istis intellige, si utroque modo coniuncti inueniantur. Idq; planum magis fiet, si formulas coniunctionis, vel a lege vel ab homine prolatas, excutias. In verbis,

vel scriptis vel prolatis. Etenim & re & verbis coniunctio fit di-
 10 ctionibus vel prolatis, vel scriptis. ¶ Coniunctiones copulati-
 uas vel norunt grammaticè esse, & que, cum, &c. quæ & vim suam
 apud Iurificonfultos retinent in eadem oratione, d. l. triplici, vide
 l. sicut, §. 1. quibus modis vsufr. amitta. §. si eadem res, de legat. ap. In-
 stituta. l. si quis Titio, §. de vsufr. accresc. non si inter duas vel plures:
 quo casu vim suam amittit copula, quod pertinet ad vim iuris ac-
 crescendi, l. 1. de iis qui not. insti. P. Coniunctio quippe verbalis in-
 ducitur ex vnitatem sermonis, d. l. triplici. ex collectiuis & plurali-
 bus dictionibus, l. si pro filio, de vulga. Exemplum coniunctionis
 realis, fundum Sempronianum Titio lego. Eundem fundum Caio le-
 go, vide Iaso. in l. re coniuncti, nu. 17. de legat. 3. Verbalis & non rea-
 lis exemplum, Titio & Meuius ex parte dimidia heredes sumo, d. l. tri-
 plici. Vel, Titius cum Meuius ex parte dimidia heredes sumo, d. l. tri-
 plici. Vel, Titius cum Meuius, detrahi articuli & copulæ, & que, cum, &c. simi-
 les, d. l. triplici. veluti, Lucius, Publius, Menius, heredes sumo.
 Sed ratio est, quia comma seu incitum, positum in oratione post
 Lucius Titius, habet vim coniunctionis. Vt quando etiam in ora-
 tione plura coniungenda sunt, comma habet vim coniunctionis,
 & vt si dicamus, domini, serui, liberi, parentes interfuerunt, idem
 est ac si diceremus, domini & serui, & liberi & parentes interfue-
 runt. Alia exempla eorum, qui re tantum coniuncti dicantur,
 verbis autem distincti, vt si Titio primum lego Stychem, deinde
 eundem lego Meuius. Nam Titius & Meuius verbis dicantur dis-
 iuncti & separati, re autem coniuncti, §. si eadem res, de legat. apud
 Iust. in l. 1. si idem est, §. si de vsufr. accresc. P. cum non videatur fu-
 ille testatori animus adimendi primo, l. si pluribus, de legat. 1. Verbis
 autem tantum coniuncti dicantur, & distincti re, si dictum, Titio
 & Meuius pro æquis portionibus, lego, l. si ita quis, de hered. insti. Por-
 ro, vt coniuncti re dicantur, necessarium est, vnam eandemque
 rem, vel vnam eandemque rei portionem, legatam vel relictam
 esse duobus vel pluribus, vt in l. Meuius, de legat. 2. Nam si quis ita
 dixerit, fundi dimidiam portionem lego Titio: alteram Meuius: illi
 nec re, nec verbis coniuncti erunt, l. & Proculo, eod. sed omnino
 & re & verbis distincti seu separati. Re & verbis ita potest etiam
 dici coniunctio, Titio & Meuius Stychem lego, quia vtrique sic in
 solidam eadem oratione verborumque conceptione legatam
 videtur, & concursu faciunt partes. l. coniunctim, de leg. 3. d. si ea-
 dem res, l. quidam re legat, §. si iuncta l. vtrum, de reb. dub. P. l. si mi-
 hi & Titio, de legat. 1.

¶ Ceterum iste coniunctiones non omnium negotiorum
 faciunt eandem resolutionem, sed eorum quæ idonea sunt ad sus-
 cipendam coniunctum. Et proinde in vltimis maxime volunta-
 ribus, in quibus pluribus quis legare vel relinquere potest, locum
 habet. At in stipulationibus, non ita: nam in illis natura contra-
 ctus repugnat, quia alteri nemo stipulari potest: ideo nec concur-
 sus, nec ius accrescendi semper locum habet in illis, l. si mihi & Ti-
 bi, & l. stipulatio ista, §. alteri, de ver. oblig.

¶ Fines ¶ & effectus coniunctionis adferuntur 3. a Bart. in l. re
 coniuncti, de leg. 3. num. 19. quem aliqui in aliquibus improbat.
 Dico tamen ex coniunctione inductum, vt ad vnam rem duo vel
 plures vocati videantur, ex concursu æqualiter diuidendam, l. si
 quis Titio, §. de vsufr. accresc. P. l. inter dum, de hered. insti. in l. plane in
 1. de legat. 1. quia pro eadem persona coniuncti habentur, propter
 sermonis vnitatem, l. vnica, §. bis ita, de cad. toll. C. Alius effectus, in
 substitutionibus familiaris, vt substitui inuicem in reciproca sub-
 stitutione, secundum ordinem coniunctionis factæ in institutio-
 ne, censentur vocati ad deficientis partem, l. coheres, §. discretas,
 de vulga. Postremus & præcipuus vt ex coniunctione fiat ius ac-
 crescendi, & non decrescendi, l. triplici, de verb. sig. l. re coniuncti, de

leg. 3. de quibus mox dicendum est. ¶ Rationes autem, quæ in iuris
 accrescendi tractatione adferuntur, huic coniunctioni adiun-
 gere licebit. Equum etiam & iustum visum est, vt quos voluntas
 testatoris sermonibus coniunxit, ex eius voluntate coniunctos
 existimemus. Nemo enim dixisse existimandus est, quod mente
 prius non agitauerit: nec aliud, quam quod vox significat, l. Labeo,
 de sup. l. legat. P.

De Iure Accrescendi, & Non decrescendi.
 Cap. II.

- 1 Ius accrescendi & decrescendi ex promissione legis nascitur.
- 2 Accrescendi ius quid: & distinctio, in non decrescendi & accrescendi.
- 3 Ius non decrescendi quid, & eius cum iure accrescendi differen-
 tia & num. 4.

- 5 Accrescendi iuris res, ex contractu, iudicio, & hereditaria.
- 6 Iurisdictiones vtriusque iure accrescendi.
- 7 Ius accrescendi quale inter coniunctim vocatos ad successionem
 coniunctione legali.
- 8 Ius accrescendi inter coniunctos voluntate hominis, quomodo lo-
 cum habeat, & seq.
- 9 In iure accrescendi quando portio portioni vel persona accrescat.
- 10 Verbis coniuncti vtriusque iure accrescendi.
- 11 Re & verbis simul coniuncti, quomodo iure accrescendi vtriusque.
- 12 Disiuncti num vtriusque iure accrescendi.
- 13 Ius accrescendi in quibus casibus locum non habeat, & sequent.
- 14 Fideicommissaria restitutio non habet ius accrescendi, contra di-
 recta: & quare.
- 15 Ius accrescendi prohiberi potest a testatore expresse vel tacite. Nec
 habet locum inter succedentes diuerso iure: vel si contra volun-
 tatem testatoris succedant, nu. 16. & 18.
- 17 Alimentorum cassare relicta quare non admittant ius accrescendi.
- 19 Ius accrescendi non habet locum post aditam hereditatem, quo-
 modo intelligatur, & exceptiones.
- 20 Ius accrescendi an inducitur iure 12. tabul.
- 21 Ius accrescendi & non decrescendi quando iniuris & cum auctori-
 tate onere inungat partem.
- 22 Ius accrescendi an pro virili, an alio modo pro portionibus ac-
 crescat.
- 25 Coniunctorum qui preferantur, an re tantum, an verbis tantum,
 an vtriusque coniuncti: & num. coniunctus preferatur substitui-
 to vulgari, nu. 24. 25. & 26.
- 27 Coniuncti post substitutum vocantur, si deficiat.
- 28 Iuris accrescendi finis, effectus, & rationes, nu. 29.

¶ Vo ¶ sunt, quæ pendent ex coniunctione hominis vel legis, i
 Ius accrescendi videlicet & decrescendi, quæ ex promissione
 legis oriuntur, l. si in testamento, in si. de vulg. P. ex qua coniunctus ad
 portionem vacantem coniuncti, veluti ex substitutione testato-
 ris, vocatur, l. si Titio & Meuius, §. 1. de leg. 2. Eadem fere ratione,
 qua leges substitutiones vulgares admiserunt aliquando, ne vol-
 untates defunctorum irritæ fierent & caducæ, l. vnica, in prin. de
 ca. tollen. Vocat & Iason ius accrescendi, tacitam substitutionem,
 Iaso in l. re coniuncti, nu. 3. de legat. 3. Et iure quidem Pandectarum,
 ius non decrescendi a iure accrescendi distinctum nomen non
 habebat, sed accrescere dicebatur & quod non decresceret, l. hec
 scriptura, §. si de cond. & dem. P. iure tamen codicis, distinctum no-
 men ius decrescendi habuit, l. vni, §. vbi autem, vers. si in vero non
 omnis, de cad. toll. C. ¶ Ius accrescendi, est ius, quo portio non a-
 gnita vel defecit iusta agnitione, portioni agnita, vel personæ ha-
 bentis portionem accedit, vel communicatur, probant finitionem,
 l. 2. & 4. de vsufr. accresc. l. si seruus communis, §. si de acqu. here. l. si ex
 pluribus, de leg. 1. hered. Ius accrescendi, generali nomine, in ius ac-
 crescendi, & ius non decrescendi diuiditur. Ius accrescendi iam
 definitum est, in quo portioni portio accedit non agnita vel de-
 fecta domino, seu repudiata, vt in questione l. si minor 25. annis, C.
 de acq. her. P. vel quæ pro non scripta habeatur, vt in l. vni, §. pro se-
 cundo, de cad. toll. C. vel vere caduca sit, in d. l. vni, §. in nouissim. Et
 ita portio portioni regulariter dicitur accrescere, l. si totam, de
 acq. here. P. Et vt dictum, aliquando personæ: vt in vsufructu con-
 iunctim pluribus legato, cuius pars repudiante vel deficiente vno,
 defertur vsufructuario coniuncto, non domino proprietario, in l.
 si Titio, in si. & l. inter dum accrescendo, de vsufr. P. l. an eadem, in
 fine princip. de re iudic. P.

¶ Ius non decrescendi est, ius quo portio non acceptata a co-
 iuncto per concursum, remanet apud coniunctum aliam portio-
 nem habentem, d. l. vni, §. vbi autem, vers. si in vero. Differunt au-
 tem, vt enleatibus iure accrescendi, iniuris non accrescat portio
 delata deficientis, d. l. vni, §. vbi autem, l. si minor 25. annis, de acq. her.
 P. contra, si veniant per ius non decrescendi, l. neminem, de legat. 2.
 quæ ius cui totum ab initio delatum est, partem acceptare, partem
 vero repudiare non potest, d. l. neminem, & l. cui fundus, de cond. &
 demonst. Quod tamen intellige de legatis, vt portiones non ac-
 crescant nisi volentibus. Si enim quæstio sit de hereditate, & in-
 iuris, tunc ad eum deficiente portio accrescit, d. l. vni, §. vbi au-
 tem, de cad. toll. Quia nemo pro parte testatus, & pro parte inte-
 status in paginis decedere potest, l. ius nostrum, de reg. iur. Et ita
 explicat Iason, in l. verbis coniuncti, num. 5. de leg. 3.

¶ Item secundo qui veniant per ius accrescendi, tenentur 4
 subire onus delatæ portionis, d. l. vni, §. pro secundo. non etiam qui
 iure

iure decrecendi eam nanciscuntur. d. l. vni. s. ubi autem, vers. fin. Sed & in eo tertio distat, quod ius accrescendi habet locum inter re coniuuctos, d. l. s. eo. vers. fin. vero pars. ius vero non decrecendi, inter re & mixtim in proprietate coniuuctos. d. s. ubi autem, vers. fin. & s. fin. autem, disiuuctim, s. fin. l. re coniuucti, n. 10. Et vt Paulus Castrensis ait, in l. vni. s. his ita, de cad. toll. ii. inter quos ius accrescendi locum habet, dicuntur disiuucti: vt quando legatur eadem res in diuersis portionibus.

Res ¶ de quibus queritur, an habeat in illis locum ius accrescendi, sunt vel contractuales, vel iudiciales, vel hereditariae. Sic in contractibus, quibus natura conuentionis non repugnat, locum habet ius accrescendi aliquo modo. l. fundus, de cont. emt. Notat enim Iafon, ad l. re coniuucti, num. 129. de leg. 3. ius quidem accrescendi, quod inducitur ex coniuuctione verbalis inter coniuuctos verbis tantum, non habere locum in contractibus, per l. si mihi & Titio, de verb. oblig. P. verumtamen ius non decrecendi, quod causatur ex coniuuctione reali, habere. l. proximam, commu. prad. P. Et haec est communis opinio. Bar. in d. l. si mihi & Titio. Et hanc questionem latius per distinctiones distinctam vide apud Barto. ad d. l. re coniuucti, num. 65. Et ad eandem Iafon, num. 195. Sic inuenies inter liberalitatis imperialis socios, in certo casu esse locum iuri accrescendi, ratione patris. l. i. si liber imperia, soci. & c. lib. 10. C. Et in stipulationibus, si inter se eius, qui sibi & alii stipulatur, alii acquirit, d. l. si mihi & Titio, & ibi Barr. & in emtione, l. fundus ille, de contrab. emt. P. & in assignatione libertorum, l. verum, de assign. liberti. P. Item coniuuctione legali & hominis iunctis, in stipulatione: vt si seruus qui plurium est, Titio & Seio dominis stipuletur, vno nolente, alteri volenti accrescit repudiantis pars. l. si communitis seruus, de stipu. ser. P. In donationibus quoque causa mortis, d. l. vni. s. haec omnia. quamuis in mortis causa capione locum non habet, l. pen. in pri. de condit. & demon. P. in quo reprehenduntur Barto. & Paul. Castrensis adherentes contrarium, per Imolam, Raphaelem, Alexand. & Aretinum, in d. l. si mihi & Titio, de verb. oblig. P. Et num. in emphyteosii ius accrescendi locum habet, vide ibi fufte tractatum per Barr. & Dyn. in d. l. si mihi & Titio, & per Cynum, in l. i. quan. non peten. par. C.

Iudiciales ¶ res, quae admittunt ius accrescendi, in ipsa iurisdictione consistunt. Nam inter collegas in iurisdictione ordinaria, habet locum ius accrescendi. l. i. & ibi Bald. de offic. consulis, P. l. p. eratores, & l. si magistratus, & ibi Angel. & Imola, de appellat. Bald. in d. l. vni. in vltim. qua. quand. non pet. par. C. Iaf. in l. re coniuucti, num. 197. de leg. 3.

In ¶ causis successiois quoque ius accrescendi maxime locum habet vel inter coniuuctos coniuuctione legali tantum, & inter coniuuctos voluntate hominis. Lex vel statutum vocat successores ab intestato, & facit locum iuri accrescendi in coniuuctione existentibus, & in eodem gradu. l. i. si nemo, ad Senat. Tertull. P. l. si ex pluribus, de suis & legiti. hered. P. l. 3. §. fin. cum 2. ll. sequi. de bon. poss. P. l. vni. quan. non pet. & ibi interp. Sic in aliis, in quibus conuenit finitio coniuuctionis legalis, quae est quando plures coniuuctim ad acquisitionem alicuius rei a lege vocantur, Iaf. in d. l. re coniuucti, nu. 47. Plura de hac coniuuctione legali apud Barr. ibi num. 59. 60. 61. vt si testator legat seruo plurium dominorum, illi plures domini vocantur ad acquisitionem legati facti seruo, in l. i. §. idem ait, de usufruct. accresc. P. l. si seruus communis, de acq. hered. P. l. verum, §. si duo, pro soc. P. pro parte. Ceterum in hac coniuuctione, si legati facti de proprietate rei seruo, alter dominorum nolit partem, alteri non accrescet, l. §. Proculo, 2. o. de le. 2. & haec est sententia glo. in d. l. §. Proculo. & Iafon in l. re coniuucti, nu. 43. de leg. 3. quamuis in legato seruo facto usufructus contrarium responsum sit, l. i. §. idem ait, de usufruct. accresc. nisi cum coniuuctione legali, esset & coniuuctio hominis. l. item si communis seruus, de stipu. seruo. P. Barr. ad d. l. re coniuucti, num. 68. Alia legalis coniuuctio, in qua habet locum ius non decrecendi, in l. hac edictali, §. his illud, de secund. nupt. C. & ibi per Bald. Alia in heredibus pluribus vnus legatarii morientis, in qua respondet Pomponius, Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare non potest. heredes autem eius possunt, vt alter eorum partem suam acquirat, alter repudiet. l. legatarius, 38. de leg. 1. ¶ Inter ¶ coniuuctos ex voluntate hominis, coniuuctiones & disiuuctiones distinguunt ius accrescendi. Inter coniuuctos re tantum, coniuucto deficiente, locus est, vt dixi, iuri non decrecendi, non iuri accrescendi. l. vni. §. ubi autem, vers. fin. vero, de cad. toll. Quia cum solidum singulis ab initio relictum sit, altero non concurrente ex coniuuctis, nihil vere dicitur accrescere, sed potius non decrecere. d. s. ubi autem, vers. fin.

Excipiuntur ¶ tamen re tantum coniuucti in usufructu, qui si post agnitionem alterius ab altero deficiat, accrescit coniuucto. l. i. §. interdum, de usufruct. accresc. l. licet, §. i. quib. mod. usufruct. amittat. P. Quia cum concursu semel diuisus sit usufructus, & ita ab altero decreuerit, quando iterum acquiritur accrescere intelligitur. l. inde Neratius, de usufruct. accresc. P. Vnde prior differentia inter vsum fructum & proprietatem coniuuctim legatis, colligitur: vt ille iure accrescendi queratur: haec, non nisi iure non decrecendi. Cui alia annectuntur duae. Namque differunt, vt ius accrescendi, quando in proprietate recipitur, transeat in heredes, d. l. vni. §. his ita, l. si ex pluribus, de suis & legiti. hered. l. hac scriptura, §. fin. de cond. & demonst. P. at in usufructu non transferatur, d. l. vni. §. libertatibus. Nempe quod usufructus sit personalis, & cum persona extinguitur. §. finitur, de usufruct. l. licet, §. finitur, quibus mod. usufruct. amitt. P. l. in omnibus, de reg. iur. P. Tertia, quod in proprietate portio vacans accrescit portioni, l. si totam, de acq. her. P. l. si Titio, de usufruct. P. in usufructu vero, accrescit personae, d. l. si Titio, in fin. & l. interdum, de usufruct. accresc. P. Quarta, quia in proprietate cessat ius accrescendi post agnitionem portionis, l. i. §. interdum, eod. l. si minor 25. annis, de acqui. hered. P. in usufructu vero, etiam post agnitionem ius accrescendi locum habet. l. inde Neratius, §. fin. & l. i. §. interdum, de usufruct. accresc. l. si Titio, de usufruct. Et haec ad re tantum coniuuctos pertinent.

De ¶ verbis autem tantum coniuuctis proculdubio receptum est, esse locum inter eos iuri accrescendi. d. l. vni. §. ubi autem in princ. l. Mevio, de lega. 2. l. si ita quis heredes, de acqui. hered. P. Iaf. ad d. l. re coniuucti, nu. 88. Cum enim solidum verbis coniuuctis tantum relictum non sit, omne quodcunque portioni accedet, eidem accrescere intelligitur: nisi forsitan partes omnino discretae & separatae sint, inter coniuuctos. l. 2. secundum vni. intellectum, quibus mod. usufruct. amitt. P. l. huiusmodi, §. quibus, de leg. 1. Quia tunc qualibet pars facit suum proprium totum. l. recte dicimus, §. pen. de verb. sign. l. si eadem, de offic. assess. P.

Porro ¶ inter re & verbis simul coniuuctos, si vnus ex coniuuctis non concurrat, erit locus iuri non decrecendi. Iaf. in d. l. re coniuucti, num. 90. Quia cum concursu partes fiant inter re & verbis coniuuctis, solidum singulis ab initio relictum intelligitur. l. si mihi & tibi, & l. si duobus, §. si de leg. 1. l. coniuuctim, de lega. 3. Et haec de coniuuctis.

De ¶ disiuuctis nunc dicendum, num habeat locum inter illos ius accrescendi. Qua in re distinguendum inter legata, & hereditatem. Nam inter disiuuctos omnino, qui sunt separati verbis & re, seu portionibus, in legatis non est locus iuri accrescendi. l. i. vers. 2. de usufruct. accresc. P. l. §. Proculo, de lega. 2. At inter heredes etiam omnino disiuuctos, erit locus, l. vni. §. his ita, de cadu. toll. C. l. heredes sine partibus, de her. insti. P. ne vnus & idem decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum, de reg. iur. P. §. non autem de hered. insti. Excepta militis, qui ita pro parte intestatus esse potest, hereditate. in d. l. si duobus, de milit. test. P. l. 2. C. eod. Item absurdum est, vnum partem hereditatis eiusdem agnoscere, & partem respuere, d. l. vni. §. his ita. cum successio ius sit, l. heredes, de reg. iur. & l. hereditatis appellatio, in 9. de verb. sign. & ius indiuisibile, l. i. de rer. diuis. P. Et proinde pro parte adiri, & pro parte repudiari non possit. l. i. §. 2. de acq. hered. P. l. neminem, de leg. 2. Subinde, cum heres representet personam defuncti, & pro eadem persona habeatur, §. i. de iureiur. a mor. presti. in auth. glo. in l. cum a matre, C. de rei vindi. fieri nequit, vt pro parte heres representet, & pro parte non representet defunctum partem aduendo. Quod tamen accederet, si iure accrescendi pars vacans non deferretur heredi. gl. in l. 2. de prato. stipul. P. Sequeretur & aliud iure absurdum. l. eum qui ados, de v. i. cap. P. c. quia circa, de primileg. vt vna eademque res diuersi iuris censeretur, Bald. in l. in vltim. column. de secund. nupt. C. per l. Lucius, §. qua habebat, ad Trebell. P.

Referunt ¶ interpretes, potissimum Barr. & Iafon, in d. l. re coniuucti, casus quosdam, in quibus ius accrescendi locum non habet: quorum aliquos recensebo. Primus erit, in dispositionibus limitatis: limitata enim causa limitatum producit effectum. l. in agris, de acqui. rer. dom. P. l. age cum Geminiano, C. de transacti. Nec ad rem facit quod agitant interpretes, quod filia, quae dote contenta esse iubetur, vel cui relictum aliquid, filio fratre generaliter herede instituto & repudiante hereditatem, non obstante illa renuntiatione, vel exclusiua voce seu limitatiua, quod tantum dote vel relictum accipiat, succedat si velit in bona vniuersa repudiata: illud namque, vt opinor, non iure accrescendi, sed ratione



successionis ab intestato repudiante herede, fit. Proximiore namque filia est, sublati testamenti causa: & causa intestati oritur, repud ante herede sine substituto hereditate. *l. si nemo, de reg. iur. P. de hac quest. Iason in d. l. re conuincti, num. 162. 163.* Secundus, quando portio redditur vacans, non ipse iure, sed ope exceptionis, *l. si duo patroni, & ibi gl. in ver. iur. affes, de iure iur. P. & ibi Bald. Alberti. & alii, facit l. vnum ex familia, §. sed si uno, ver. verum, de leg. 2. quamuis Iason in contraria sit sententia, in d. l. re conuincti, num. 266. & 267. per textum in l. hac consultiissima, §. ex imperfecto, in ver. Sed liberis accrescere, de testam. C. Quem tamen puto textum, ipso iure vacantem portionem habere, non per exceptionem.*

14 ¶ Tertius, in fideicommissaria substitutione: in qua, si vnus ex fideicommissariis repudiaret partem suam, non fieret locus iuri accrescendi alii. *Io. Petr. de Ferr. in prax. tit. de for. lib. quo agitur ex substitutione, in gl. in per. l. i. §. sed & quoties, & l. cogit, §. si quis heres, & §. Metianus, & §. idem Metianus, ad Treb. P. l. in d. l. re conuincti, num. 168. & ibi Bart. contra quam accidit in substitutionibus directis. Nam in directa substitutione, ideo est locus iuri accrescendi, d. l. vni. §. his ita, ne pro parte testator decedat testatus, & pro parte intestatus: quæ ratio in fideicommissaria cessat, nam heres institutus partem repudiatam consequitur: ita cum in ea parte testator habeat heredem, alteri non accrescet. *l. i. §. in ad Trebell. P. l. in. C. eod. Et huc sententia adtipulor, quamuis in contraria videatur sententia Iason, vbi sup. num. 169. per l. filiusfamilias, l. 17. §. dmi Verus, de lega. 1. quæ tamen contraria est ex diametro eius sententia, in illis verbis: Cum possit die fideicommissi cedente sui iuris constitutus, ipsi restitui: vel si aliquis ex his decesserit, non omnibus. Minusque ad rem facit, quod citat 2. loco ex l. vni. §. pen. de cad. toll. dum inibi scribitur, dicta in constitutione antea de iure accrescendi, habere locum in omni vltima voluntate, & in omni relicto, etiam in codicillis, in quibus relinquatur, vt Iason ait, fideicommissum. Etenim ille §. pen. loquitur de idoneis ad recipiendum ius accrescendi, in xia l. ut gradatim, de mune. & hon. & in quibus non repugnant iura, quorum correctio non est temere facienda. *l. 1. C. de inoffic. don.***

15 ¶ Quarto, si non habet locum ius accrescendi, si testator expresse vel tacite prohibuerit. De voluntate expressa, potissimum in legatis, *l. dominus, §. 1. & ibi gloss. de usufr. P. dubium non est, si alius quam coniunctus capere possit quo i vacat, & testamentum subsistere possit alioquin nequaquam. Nam vt monui, vel in totum conuictis dispositum, vel ad intestati causam recidit: ne quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat. Tacite porro videtur prohibere testator, si testando det substitutum vulgarem, *l. 2. §. si duo, de bon. poss. §. tab. P. Hicq; notant interpretes, per illa verba, institui in eadem in sua legitima, & quod aliud petere non possit. testatorem videri prohibuisse ius accrescendi, Bart. in l. pater filium, de inoffic. testam. & in l. quoties, §. si duo, de her. inst. & ad l. si quis priorem, per illum text. ad Treb. P. in l. sed si plures, §. ex asse, cum suis concordantibus de vulg. P. cui sententia repugnat. Alex. in d. l. si quis priorem, in vlt. col. & in l. quoties, de hered. inst. etiam iud. accretur res ad causam intestati. Quod postremum tamen non facile probauerim, cum recedente re in causam intestati, non queramus de iure accrescendi ex causa testati.**

16 ¶ Quia, si quinto loco inter succedentes diuersi iuris non habet locum ius accrescendi, *l. sed cum patrono, in princip. de bon. poss. Sa. lyc. in l. vni. quæ non petenti, par. C. ne vna & eadem res diuerso iure censeatur, contra l. cum qui ados, de usufr. P. l. in. de calum. Quem admodum neq; in diuersis hereditatibus obinet, *l. si sub conditione, in fin. quib. mod. usufru. amittit, aut si a diuersis heredibus, diuersis legatariis relinquatur, in l. pen. iuncta gl. de usufr. accresc.**

17 ¶ Sexto, cessat ius accrescendi, quando pluribus est relicta in causam alimentorum, *l. dominus, & ibi gloss. de usufr. quia causa alimentorum non est iterabilis. l. alimentia, §. basili. e. de alimentis & cib. leg. P.*

18 ¶ Septimo, si in eo qui habet legatum contra voluntatem testantis, *l. mulieri & Titio, in fine, iuncta gloss. de cond. & demonstr. P. Reliquos casus vide apud prædictos interpretes Bart. & Iaf. in d. l. re conuincti, vbi & addunt: quod portio iam adita, si vacet, non facit locum iuri accrescendi, per l. aquam §. si quem admodum seru. amittit, l. 3. inter dum, de usufr. accresc. P. quodque minus locum habet ex acquisitionum resolutione, secundum Azonem in Summat. de assignatio. l. ber. Bald. in aut. si quæruas C. de sacrosan. eccl. aut post emolumentum alteri quaesitum, Bart. in l. si mihi & Titio, de verb. oblig. Vt nec post aditam hereditatem, glo. in l. mater dece-*

dens, in ver. semissem, de acq. her. P. Quia ius accrescendi euanescit adita hereditate, *gl. in l. lex contractu, de re iudic. P. Quam tamen regulam limitant Bart. & Iaf. num. 176. & sequi. lex modis, de quibus eum videto. ¶ Disputant aliqui post Accursium, in l. Celsus, 20. 29. in §. fin. & glo. in d. legat. 1. num. ius accrescendi a iure 1. 2. tabul. vel Græcorum manauerit. Ego hoc lubens, gratioribus prefusus, prætermitto.*

¶ Monebo tamen, in iure accrescendi quædam pro forma 21 obleruari, quæ tradit Bart. in d. l. re conuincti, num. 50. §. 1. & sequi. scilicet, quod in iure non decrescendi, inuitis portio adueniat: (quia legatum scindi nequeat, *l. 2. §. l. §. de lega. 2.*) Eaque sit ex cõiunctione reali, sine onere, *l. vni. §. in autem, de cad. toll. l. separatum, de cond. & demonstr. ex cõiunctione vero re & verbis simul, cum onere, glo. in d. §. in autem. In iure autem accrescendi, inter legatarios accrescit volentibus tantum pars, *d. l. vni. §. vbi autem, & si portio sit pro non scripta, alio modo tamen quam ex delicto deficientis, accrescit sine onere, d. l. vni. §. in primo, nam si pro non scripta sit delicto eius, qui capere non potest, accrescit cum onere. l. in. de iis qui pro non script. hab. P. At in iure accrescendi hereditatis, si quis adiuu suam portionem, postquam portio coheredis vel repudiatione, vel alio modo cepit vacare, spon te videtur se hereditati toti obligasse, & portio vacans illa accrescit inuito. *l. si duo, de acq. hered. P. Sed si antequam vacaret portio, quis adiuu portionem suam: si quidem portio in casu quo vacaret, esset destinata per testatorem, puta per substitutionem, tunc accrescet inuito. *l. si quis heres, & l. si in ex parte, eo. P. Quod si non fuerit delicta nata expresse: tunc, aut vacat per restitutioem in integrum, & accrescit volenti tantum, *l. si minor, eo. aut alio modo: & tunc habet locum, l. cum hereditate, de acq. her. P. Sicq; putat Bart. intelligendam, l. vni. in §. his ita, de cad. toll. dum videtur restitutum, portionem accrescere heredibus inuitis. Accrescit autem pars in hereditate cum onere parti, si onus appositum sit simpliciter. *d. l. vni. §. his ita, de cad. toll. aut si nominatim omnibus coniunctis fuerit impositum, l. qua conditio, 2. resp. de condit. & demonstr. P. l. ciuitatis §. Lucio, de lega. 1. contra, si ab vno nominatim onus sit impositum, l. Celsus, §. si & l. de leg. 2. Quid autem differant nominatim & simpliciter onus relinquere, docet l. 7. in substitutione, ad leg. Falcid. P. Item quando portio vt caduca vel quali caduca accrescit heredi, accrescit cum onere, *d. l. vni. §. in nouissimo, & §. pro secundo, cum distinctione tamen, l. vni. §. sed vt manifestamus, cum seq. §§. de cad. toll. C.*******

¶ Ceterum portio, quæ defertur aliis aduentibus, defertur nõ 11 pro virili, sed pro portionibus hereditatis vel legati, *l. liber homo, §. cum quis, de hered. inst. P. l. Manio, de lega. 2. Et proinde quæ accrescit, eadem actione petitur, qua portio petita vel petenda esset, quam habetis cum accrescit, *l. si Titio §. 1. de usufr. P. l. inter dum, de usufr. accresc. P. l. & in eadem de re iud. P. quia accessor. vni. sequitur naturam sui principalis, accessorium, de reg. iur. in 6.**

¶ Huic tamen reuoluntati necessarium est, annectimus, cuius 13 sit hæc petitio: & concurrentibus re tantum coniunctis, & verbis tantum coniunctis, & verbis & re simul coniunctis, quæ præferatur in consequendo hoc iure accrescendi. Planum enim ex superioribus iam videtur, quod ius accrescendi non habet locum nisi inter coniunctos, excepta causa hereditatis, & cõiunctione legali. Ita remanet scriptulus eximendus, quis præferatur in horum concertu. In quo variatum est ab antesignanis interpretibus. At nos, vt ordine procedamus, distinguemus, num concurrent coniuncti eadem tantum specie coniuncti nisi cum distinctis: vel cum coniuncti cõiunctis diuersa specie cõiunctionis. Quædo itaq; eadẽ cõiunctione v. cari sunt coniuncti, præferri distinctis procedubis est, *d. l. vni. §. his autem, l. heredes sine partibus, & l. si liber homo §. cum quis, de hered. inst. & omnes simul admitti, vt dictum est, pro modo portionem, neque inter eos prælatiois questio agitata. *l. vni. §. vbi autem, de cad. toll. l. Manio, de leg. 2. Vbi enim est eadem ratio, ibi idem ius constituitur. *l. in. de constit. pecu. P. l. illud, ad leg. Agui. P. Quamuis quædam distinctionem ex Bart. moueat Iason inter verbis coniunctos, si vnus minus alio sit coniunctis, quod vide apud eundem Iaf. in d. l. re conuincti, num. 11. & 122. & 123.***

¶ In t concurrenti vero diuerso modo coniunctorum, sic statuitur, vt re & verbis coniunctus, præferatur re tantum, aut verbis tantum coniunctus, *l. re conuincti, de lega. 3. duo enim vineola sunt vno fortiora. l. cum in adoptiuo, ver. si pater, de adop. P. & in anth. itaq; comm. de successio. C. S. c. in questione institutionis, Tuum & fratris mei filii heredes sunt, portio vni ex filiis d. deficientis accre-*

scit fratibus priusquam accrescit Titio. *las post Bart. in d. lre con-*
uall. n. 12. 4. ¶ At si maius dubium est inter interpretes, quando
 d. factus moritur, relicta ex vno parte coniuncto re tantum, &
 ex altera verbis tantum, quis præferatur in iure accrescendi, au
 vero utriusque æqualiter admittatur, ut ecce, sic scriptum est in
 testa. *n. Titio lego fundum Sempronianum. C. de lego eundem*
fundam Sempronianum æquis portionibus. Cuius repudiat vel mori
 tur ante aditam portionem, vel ante delatam, quæro cui accre
 scit: eius p. utro an Titio re coniuncto, an Seio verbis coniuncto.
 §. si quis vero non implens de her. & Falc. in aut. l. vni. §. in primo, &
 §. pro secundo, de cadu. toll. C. & colligitur ex ordine literæ, dum prius
 vocatur substitutus postea coniunctus. Idem in aut. hoc amplius,
 C. de fideicom. probatur, & l. 2. §. si duo, de bon. poss. sec. tab. P. Trifa
 nam in solutione contenditur. Mihi autem in otium non datur re
 felle di singula, verum adtipulor sententiæ, ut verbis tantum
 coniunctus præferatur re tantum coniuncto, propter rationes quas
 videto cum aduersariis rationibus in l. re coniuncti, apud Iasonem,
 a. cum. 125. vsque ad num. 133. & videtur id probare d. lre coniu
 cti. ¶ Affinis in dubio erit & quæritio, nam substitutus vulgaris
 præferatur coniuncto, vel contra coniunctus substituto. In qua re
 uedat, substitutum præferri cuiuslibet coniuncto, in deficientis par
 te. d. §. in primo, & §. pro secundo, l. vni. de cad. toll. Quod & in lega
 tis receptum est. d. l. vni. in princ. Quia cum substitutio veniat ex
 prouisione & voluntate expressa & permissa hominis, l. si in testa
 mento, de vulg. P. ius vero accrescendi ex promissione legis, l. fin. de
 part. conuen. C. l. mariti, de procur. C. gl. fin. in l. qui patri, de acq. here.
 P. recte cedit ei ius accrescendi: quia prouisio hominis tollit
 subsidiariam prouisionem legis. l. si Titio, §. Iulianus, de leg. 2. Item
 secundum ius accrescendi est veluti tacita substitutio in defectu
 domino portione. l. cum ex filio, §. filio, de vulg. P. Et proinde facta
 expressa substitutio, expressum iubet silere tacitum, l. fin. §. i. in
 ver. partem, de her. insti. C. cum etiam accrescendi ius, vere non
 sit substitutio, nec expressa nec tacita, sed quasi substitutio: id est,
 accedens quodammodo ad vim substitutionis, vnde etiam tacita
 substitutio, præferatur iuri accrescendi. l. fin. C. de necess. her. insti.
 Idem censendum est de coniunctis legali coniunctione, ut per sub
 stitutum excludantur, ut in l. quidam testamento, 30. de vulg. P. Ex
 cipitur tamen ut monui alias, si de contraria voluntate testatoris
 constat expressa vel præsumpta: nam ex ea tunc præferatur con
 iunctus. l. non aliter, de lega. 3. l. fin. de insti. resti. sub cond. fact. C. §.
 disponat de nupr. in aut. Tenet enim clauum successiones vol
 untatis testatoris, ut quocumque voluerit eam inclinet, ut in l. pen.
 C. de impub. Huc referri potest resolutio, curia substitutione
 dicte copulatiue, vel pluribus collectiue facta, nempe per ver
 ba, sineq. vel si uterq., substitutus excludatur a coniuncto. argu. l.
 si heredes plures, de cond. insti. P. Quia voluntas non fuit testatoris
 vocandi substitutum, nisi in eo casu & conditione, si uterque de
 cessisset vel repudiasset, l. fin. §. filium, de lega. 2. l. Lucius, §. Casio ad
 Trebell. P. quamuis in fideicommissaria substitutione aliter respō
 sam sit. l. qui potest, de acq. hered. l. testamento, C. de impub. Accedit,
 quod quando idem est substitutus qui & coniunctus est, is ut con
 iunctus præferri potest, l. dominus, §. fin. de usufr. P. l. cum virum, C.
 de fideicommiss. Erit igitur voluntas causa expulsiōnis coniuncti,
 app. sito substituto, non secus quam cessare diximus ius accre
 scendi ex prohibitione expressa vel tacita testatoris. aut. hoc am.

plius, C. eod. l. 2. §. si duo, de bono poss. sec. tab. P. l. si quis her. es. & l. nec is
 §. 1. de acquir. hered.
 ¶ At si substitutus non possit succedere, vel si non fuerit, tunc
 vocantur coniuncti iure accrescendi. Sublato enim impedimen
 to, quod obstat iure accrescendi, remanet quod impediatur
 integrum. l. pignori, qui & a quibus manu lib. non fiat, l. a Titio, de rei
 vind. P. Imo & testatoris voluntas fuisse videtur coniungendo,
 ut si substitutio quam priorem fecit, non obtineret, ius accrescē
 di locum haberet. l. si iure, de leg. 2.
 ¶ Effectus ¶ & finis iuris accrescendi est, ut portio vacans, non
 dicatur vacans aut in contouersia, sed certis personis deferatur,
 eodem iure quo portio cui accrescit, vel eidem personæ cuius est,
 portio cui accrescit: lucrumque & damnum, volentes & inuitos
 secundum distinctiones præcedentes, vel cum onere vel sine eo
 sequatur, postquam partem suam agnouerint. Is enim qui par
 tem suam sponte agnouit, videtur ab initio voluisse aliam partē,
 si vacaret. Qui enim scit, aut scire potuit, socio abstinente, fore
 se oneribus implicandum, ea cōditione adire videtur. l. si solus he
 res, & l. p. in l. si duo, 38. & l. pen. de acq. here. Nemo enim ab initio
 cogitur adire vel repudiare hereditatē vel legatum, l. nec emere, C.
 de iure delib. & qui videt iam a socio repudiatam partem, potest li
 bere cum sua & aliam repudiare: & si ipse ante aditam vel repu
 diatam a socio, suam adierit, potest repudiare socio, & ipse suam
 & illius reicere. Marcell. l. cum hereditas, 55. l. si minor 25. annis, de
 acq. here. P. l. 1. §. si quis adita, & l. 2. §. si honorū, ad Senat. Tertull. P.
 Alioquin si velit suam portionem retinere, inuitos, & deficientis
 partem accrescere pati cogitur, vel non decrescere. l. qui ex dua
 bus, 53. §. fin. de acq. her. P. Transitque hoc ius accrescendi ad here
 redem heredis, Neratius in l. qui patri heres existit, 59. eod. l. hac scri
 ptura, §. fin. de cond. & demon. P. veluti appendix præcedentis insti
 tutionis, l. si quis heres, in 1. de acq. her. P. Et ita qui vult antecedens,
 vult & consequens, l. illud, eod. l. 2. de iuris. om. iud. P.
 ¶ Et inde etiam vna colligitur ratio iuris accrescendi a conse
 quentia institutionis, & a præcedente partis acceptatione.
 Cui addi potest alia, ex causa successione testat: ne pro parte
 quis testatus, & pro parte ab initio iuris successione intestatus
 decedat, quod ius nostrum non patitur, l. ius nostrum, de regul.
 iur. l. si duob. de milit. testamen. quamuis ex post facto aliquo mo
 do possit. l. pater filium, de colla. dot. P. l. circa, & l. nam & si parenti
 bus, de inoffic. testam. P. l. cum duobus, C. eod. Item 3, quia absurdum
 videatur partem hereditatis ab aliquo acceptari, partem respui, &
 improbare iudicium defuncti. l. vni. §. his ita, de cad. toll. l. nam ab
 surdum, de bon. lib. P. §. non tantum, de here. & Falc. in Nouel. Id
 plium & de legatis dicendum, quæ coniunctim facta sunt. l. lega
 tarius, 38. de lega. 1. Individua aditio relicta, l. 1. & 2. de acq. here. P.
 ut & in diuidua debet esse voluntas defuncti, l. cum qui, §. fin. de iis,
 quib. ut ind. P. cum qua debent concordare, qui eius utilitatem
 assequi desiderant. l. si duobus, 16. de l. 1. Adde 4. accrescendi prou
 isionem in defectu, ne pars defecta possessore, incidat in causam
 caduci vel quælibet, & ad impediendam legis Papie dispositionem, &
 ad fiteum repellendum, exemplo substitutionis. d. l. vni. in princ.
 & §. fin. de caduc. toll. & l. fin. de iis, quæ pro non scripti hab. l. 1. de v
 usufr. ut accresc. P. Et hæc hæc tenus de testati & intestati tractatio
 nis quæstionibus & negotiis, dicta sufficiant: reliquum est, ut sin
 gularem iudicialium negotiorum perquisitionem aggrediamur.

DE IUDICIIS ET IUDICIBVS, ET EORVM IVRISDICTIONE, ET ADMINISTRIS. LIBER XLVII.

De Iudiciorum comprobatione. CAP. I.

- 1 Fines duo rerum omnium, proprius & communis.
- 2 Iudicium suum quis consequitur.
- 3 Iudiciorum ab aliquibus coacta reprobationes, & solutiones qua
 stionum, & num. seq.
- 4 Iudicio certare Christianis, quando & quomodo liceat.
- 5 Litigare & quomodo permittatur perfectis Christianis.
- 6 Litigiosus, non ordinandus: non litigiosus, laudandus.

- 8 Iudicia reddentes an dicantur contemibiles.
- 9 Magistratus, Dii, honorandiq. principes civitatis, &c.
- 10 Litæ in quibus excrabilia, & fugienda. num. 11. & 12.
- 13 Litigantes perpetuo tristes.
- 14 Iudicia medentur litium contouersis.
- 15 Iudicia inducta ad emendandam vitam hominum.
- 16 Iudicium in iustitia praxis.
- 17 Iustitia æqualitas non potuit distribui melius, quam per iud
 icia.
- 18 Index medijs sine affectu inter contendentes litigantes.

